

# **Commentaria Ac Dispvtationes In Primam Partem Divi Thomae**

Cvm Variis Indicibvs

De Deo Effectore, Creatvrarvm Omnivm Tractatvs II. De Opere Sex  
Diervm, Ac Tertivs De Anima

**Suárez, Francisco**

**Mogvntiæ, 1622**

Liber Secvndvs De Potentiis Animæ In Commvni, Ac Etiam Vegetantis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93575](#)

LIBER SECUNDVS  
DE POTENTIIS ANIMÆ IN  
COMMUNI, AC ETIAM VE-  
GETANTIS.



Voniam anima principium est operandi, oportet, ut aliquas potentias vendicet, per quas suas operations exerceat, & ideo postquam dictum est de anima substantia, consequenter dicendum est de potentiis illius: sed primo ingressu more nostro dicemus in communis per capita tria, in particulari vero toto reliquo libro: de hac autem re pauca habemus ab Aristotele: tetigit vero obiterlib. 2. de Anima, in cap. 3. & principio capituli quarti, sed copiosius disputatur a D. Thoma i. p. quest. 77. & alijs in discurso citandis.

## C A P V T I.

*Vtrum potentie anime distinguantur ab eius essentia.*

**Q**uestio hæc ex parte videri potest. Metaphysica, hic vero tractanda est, rumpote necessaria maxime ad inuestigandam essentiam facultatum animæ, ac tota illa rationibus physicis disseritur. Est autem perdifficilis, quoniam haec tenus dictum est, vnam, & eandem animam esse principium essendi, & operandi: potentia autem nihil aliud est, quam ipsam operari principium: ipsa ergo anima est sua potentia, neque oportet singulare multipliciteatem, vbi necessitas non virget, hinc autem est nulla. Nam quidquid anima efficit media entitate sibi addita, potest se sola operari. In contrarium est, quia videtur repugnare limitationi, atque imperfectioni creatura, vniuersa per suam substantiam immediatae operari. Pro solutione notandum est, nomen potentia extendi significat. Iure ad quamcumque aptitudinem, seu capacitatem rei, quomodo dicitur materialis substantia habere potentiam, vt extendatur per quantitatem, & rem quam tantum esse in potentia ad diuisiōnem: at de his potentiis certum est non distingui à rebus, quarum sunt potentia. Nam si quilibet rei aptitudo, aut capacitas à re ipsa realiter distingueretur, processus esset infinitus, veluti si substantia, v. g. ponatur capax quantitatis per potentiam à se distinguita, ea potentia esset capax per aliam, & sic in infinitum: sunt igitur hæc aptitudines mere passiones, à subiecto indistinctæ, & negationes seu non repugnantæ, quæ consequuntur conditionem subiecti: difficultas ergo est de potentiis operationibus animæ, de quibus varie sunt opinione.

Prima opinio est, nullo modo distingui potentias ab anima, sed ipsam esse suum intellectum, suum sensum, &c. Ira Gregor. in 2. dist. 16. Gabr. art. 2. p. 2. cum Ocham 2. quest. 24. Marsil. quest. 22. art. 2. notab. 5. & idem præmisserat in quest. 16. Buridan. quest. 6. Secunda opinio est distingui formaliter, non vero realiter. Ita Scot. in 2. dist. 16. *Sicut et de opere sex diuinum.*

& in 4. dist. 12. quest. 3. & dist. 16. Thomas de Garbo in summa tractatu 5. quest. 2. art. 3. Tertia opinio ait potentias animæ vegetantis ab ea non distinguiri, maxime vero sensitivas, atque intellectivas: sic D. Bonaventura in 1. dist. 3. 2. p. distinctio. Dur. in 1. dist. 2. quest. 2. Ratio illius est, quia a-

estrauent  
formalem.  
Tertia ne-  
ganti solu-  
tione  
quead po-  
tentias  
etus vegetatiæ partis sunt producere, & ad gene-  
rare substantiam, que, inquit, non possunt conuenire  
accidentiæ potentia etiam in virtute substantia.

Quarta opinio vniuersim potentias animæ distinguunt rea-  
liter ab illa. Ita Dnius Thomas i. part. quest. 77. astruens rea-  
art. 1. & quest. 54. art. 3. de Angelis differendo ait,  
nullam potentiam operaciam substantiae crea-  
tæ esse idem realiter cum eius essentiâ, quod fe-  
quentur communiter Thomistæ, Caiet. dictio locis,  
Capreolus in 1. dist. 3. quest. 4. Soto in cap. de pro-  
prio, quest. 2. & Iauellus hic quest. 10. accedunt  
Thomas de Argentina in 2. dist. 3. Egid. quodlib. 3.  
quest. 10. Heruæus quodlib. 1. quest. 9. & alij, Mar-  
sil. Ficinus lib. 10. de Theologia Platonis, qui affer-  
uerat esse sententiam Platonis, & Plotini in Timæo.  
Ex Aristotele vero tantum habemus, quod hasce  
potentias vocet qualitates, numeretque in secun-  
da specie, quem imitatur Simplicius cap. de Qua-  
litate, Damascen. etiam in sua logica cap. 51. Et  
Commentator etiam alicubi dixit animam diui-  
di in suas potentias, sicut pomum in odorem, &  
sapore.

Est pro solutione notandum, esse in animatis  
operations cum rebus inanimatis communes o-  
minto: alias in quibus proportionaliter solum  
conveniunt: alias, in quibus differunt: cœnunt:  
quidem in actionibus primarum qualitatum, &  
carum etiam, quæ ex temporento primarum  
immediate procedunt: proportionaliter vero ait solutione.  
Notatio tri-  
plex opera-  
tionis, ac  
principiis  
eius pro-  
portionale  
mentum in  
generatione, vel ad generatione sub-  
stantia: generatio enim, & nutritio viuentis ha-  
bent quandam proportionalem similitudinem  
cum productione, & ad generatione ignis: dif-  
ferunt vero in propria ratione vita, vt in cogni-  
tione, & appetitu in distributione cibi, & modo  
nutritionis: quantum ergo attinet ad actiones pri-  
mas, eadem est de animatis, & inanimatis ratio.  
Nam per easdem qualitates sunt, de quibus con-  
stat aperire esse realiter à substantia distinctas. De  
operationibus secundi generis est proportionalis  
ratio: nam in generatione, vel ad generatione sub-  
stantiae tam in rebus animatis, quam in inanima-  
tis, duo sunt distinguenda, scilicet dispositio ma-  
teriarum, & inducere substantialis formæ: primum fit  
medius accidentibus. Secundum immediate à for-  
ma substantiali, de quo latè in sequentibus agen-  
do de potentiis vegetantibus.

De tertio ergo genere operationum, quæ sunt  
accidentales, & propriæ viuentium, fit prima con-  
clusio. Potentia, quæ ad has operations ordinan-  
tia. Prima affir-  
matio.  
Potentia ex  
contra Nominales, & videtur certa. Nam Patres  
Probatus ex  
Paribim.  
communiter in hoc distinguunt creaturas à Deo,  
quod in Deo idem fint essentia, potentia, & ope-  
ratio,

ratio, in creaturis vero distinguantur. Ita Diuus Dionysius de celesti Hierarchia, cap. II. loquens de Angelis. Idem D. August. 6. de Trinit. c. 6. vbi inquit, animam humanam deficere à simplicitate diuina propter multitudinem operationum, & virtutum, & lib. 15. cap. 7. ait, mentem distinguere ab anima: & potentiam hominis non hominem esse, sed aliquid hominis. D. etiam Anselm. libr. de causa diaboli dicit, eti potencia non sicut substantia non tamen esse nihil. Idem libr. de concordia praescientiae, & praedestinationis, cap. vlt. consentiunt Theologi fere omnes à Nominalibus. Et ratione patet. Nam vitales potentiae ut potentiae sunt, habent distinctionem rationem, & distinctionem ab ipsa anima, in quantum anima est: ergo distinguuntur ex natura rei. Patet antecedens, quia anima, ut anima est, essentialiter ordinatur ad corpus, potentia vero ut potentia essentialiter ad operationem. Secundo, ha ipse potentia distinguuntur ex natura rei inter se: ergo & ab anima. Patet assumptum de intellectu, & voluntate, aliter enim recte diceremus, intellectus tuus, voluntas intelligit. Item quis dicat visum, & tactum non distinguuntur, cum unus separabilis sit ab altero, quis appetitum sensituum, & intellectum non distinguuntur, inter quos tanta est repugnancia, quanto describitur ab Apostolo ad Rom. 7. & ad Gal. 5. Denique habitus facultatum rationalium distincti sunt, fides nimirum, & charitas, ut ipsa fides docet: ergo & illæ saltent sunt inter se distinctæ: ergo & ab anima: nam si identificarentur vni tertio, identificarentur inter se, quod si rationales distinguuntur, alias quoque distinguiri necesse est, cum non sit dispar ratio.

Secunda conclusio. Probabilis est potentias animæ distinguiri realiter ab illa. Hæc est contra tertio, de qua secundam opinionem Scotorum, & aliorum. Eam ratione sequitur D. Thom. ac suadet probabiliter: 18. Metaph. præcipuum fundatum supitur ex ratione creature, cuius substantia vtpote limitata non videtur esse principium tam multarum actionum, quas in viventibus experimur. Argumentari etiam possumus ad hominem Scotorum, quoniam iuxta ipsum doctrinam inter essentiam, & potentiam est distinctio formalis: ergo in creaturis maior esse debet. Item eadem est ratio de operatione, & virtute, sed operations sunt accidentia ab ipsa anima realiter distincta: ergo. Præterea habitus perfectius animam sunt distincti ab ipsa anima, cum de novo acquirantur, & desperdantur, & inter se etiam distincti sunt, quia vel perficiunt diuersas potentias, vel eandem secundum diuersas operations: ergo signum est potentias ipsas esse distinctas. Et hæc sententia consonat fidei, quæ docet auctus intellectus, & voluntatis, nempe fidei, & charitatis, & earum habitus esse diuersos: ergo ipsæ potentias sunt distinctæ inter se, vide concensus, quem præbet Deus intellectui, distinctus est ab illo, quem præbet voluntati: ergo. Facit etiam illud Luca 10. Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima tua, & ex omnibus viribus, &c. Vbi potentias animæ vocat vires illius, & numerat illas, ut diuersas ab anima. Et isto modo exponunt multi illud Psalmi, Benedic anima mea Domino, & omnia, que intra me sunt. Tandem ordo naturæ, & artis attestante huic veritati, ars enim ad diuersas actiones diuersa adiuvenit instrumenta, & natura ad diuersas operations naturales, diuersas præber virtutes, ut experientia docet. Ratio dubitandi in principio posta non vrget, quia distinctio quidem afferenda non est sine necessitate, sed neque etiam querenda est ad hoc mathematica ratio, & in philosophia rationes factæ sunt sufficietes ad conclusionem dictam afferendam.

Rogabis, utrum saltem diuinitus potentia animæ possint ab illa separari, multi negant, ut Ca-

ietanus I. part. quæst. 54. Capitulo in distincti. quæst. 3. in finnuar D. Thom. de spiritualibus creaturis articulo ultimo ad septimum 1. 2. quæst. 10. artic. 4. vbi ait non posse intelligi animam sine potentia. Et probatur. Nam quod realiter admitem distinguantur, non hec cellarior arguit separabilitatem. Relatio enim & terminus sunt distincta, neq; tamen possunt separari, quia habent intrinsecam connexionem, inter potentiam autem & essentiam est communio. Et confirmatur. Nam de essentia propria passionis esse viderur dicta inseparabilitas.

Probabilis tamen opositum, quod defendunt Ferrar. 2. contra ca. 65. Soto supra cap. de proprio in 4. distinct. 9. question. 2. articul. 5. dicit esse certum secundum fidem passionem esse separabilem à substantia, quia in sacramento Eucharistie maner propriæ passio panis, nutrit enim, &c. Hec vero opinio ex eo probatur, quia nulla est implicatio contradictionis in ea re: sunt enim anima, eiusque potentia entitates distinctæ, neque una essentialiter pendet ab altera: probatio autem dumpta ab Eucharistia ostendit quidem hoc esse confonendum illi mysterio, non tamen est cur dicitur de fide. Namque S. Thom. 3. part. question. 7. articulo sexto, ad ultimum ait, operationes consequentes substantiam panis conuenire accidentibus miraculose, ac tū manerent ibi potentia ad illas.

Ad argumentum ergo alterius opinionis respondet, ex sola distinctione reali non colliguntur separabilitatem, si adit essentialis dependet, qualis inter relationem, & terminum intercedit. Ad confirmationem dicitur cum D. Thom. 1. 2. supra separata potentia, verbi gratia, intellectus, ad hoc animam fore intellectu non formaliter, sed radicaliter: atque hæc est differentia inter passiones, & accidentia communia nat. liter inseparabilia, quod passiones radicentur in essentia, non vero accidentia, & ideo quantum est ex vice sentientia passio non potest naturaliter separari: alia vero accidentia possunt. An autem separato mente intellectu, verbi gratia, ab anima fibi relata dimanaret aliud intellectus, capite tertio dicitur. An rursum intellectus fortè separatus posset intelligere, sicut calor calefacere, negandum omnino, quia actio vitalis intrinseca pendet à primo principio vita, sine quo proinde exerceri non potest. Diximus de hoc nonnulla in 2. Physicorum, & 4. 3. dicimus etiam in cap. sequenti.

## CAPUT II.

Vtrum potentiae distinguantur per actus,  
& obiecta.

Habet anima quælibet diuerositatem magnam operationum, ut discurrendo per singulas facile constare potest, ad quas excedentes diuersis indiget potentias, & distinctis organis quæ in viventibus esse experimur: quare postquam dictum est de entitate potentiarum, dicendum sequitur de earum distinctione, quam quidem ex obiectis, & actibus sumere non videntur. Primo, quæ act? & obiecta posteriora sunt potentias, & illis multum extrinseca. Secundo, quæ distincti, & constitutuunt rei debet esse qd certum & indivisibile, actus a. & obiecta, quæ ad unam potentiam pertinent, sunt in numero, & diuersi: ergo impossibile est ex his sumi unitatem potentia, aut distinctionem. Tertio specificatium est unum tantum: erit ergo in præsenti specificans potentiam, vel actus, vel obiectum, & non vtrumq; nullæ est autem ratio, cur sit potius unum, quam aliud: ergo neutrū erit. Quarto si potentiae distinguenterentur per obiecta non

SVARE Z  
de Anecdosis op  
pp. 6. dictum, et  
animæ.

TOMI  
III  
PART

D. N. 2

**Quinto.** Non esset maior distinctio in potentij, quam in obiectis, neque est contrario, oppositum autem constat, nam voluntas, & intellectus realiter distinguuntur, & tamen eorum obiecta tantum distinguuntur ratione: & est contra albedo, & nigredem distinguuntur realiter, tamen potentia ad illas tendens est eadema. Quinto, si per obiecta potentiae distinguuntur, omnes potentiae, quae idem obiectum habent, eiusdem erunt speciei, ut visus equi & hominis, intellectus hominis, & Angeli, quod tamen videtur falsum. Sexto, si potentiae specificarentur ab obiectis, etiam actus specificarentur, quia sicut potentiae versantur circa obiecta, ita & actus. Consequens autem est falsum: alias potentiae, & actus circa idem obiectum eiusdem speciei essent. Septimo, duæ potentiae distinctæ verari possunt circa idem obiectum: ergo non distinguuntur ex obiecto. Consequencia clara est: antecedens vero probatur. Nam voluntas, & intellectus versantur circa bonum, illa amando, hic cognoscendo. Visus etiam percipit colorem, &phantasia illum imaginatur. Octauo habitus distinguuntur à potentia specifica, distinguuntur autem inter se per actus, & obiecta: ergo non potentiae. Probatur consequentia, quia duæ res distinctæ speciei non possunt habere idem specificans, aut distinctium.

**Prima assertio in principiis eternis.** In multis & specifica, non de materiali, & numerica: illam ergo desumendam esse ex actibus, & obiectis. Aritoteles affirmauit, & cum eo Philosophi omnes, id quod negari non potest, visus enim ab auditu ideo distinguuntur, quia visus ordinatur ad videndum colores, aliis vero ad audiendum sonos. Item actus sunt effectus potentiarum, ex affectu a. adæquatè diuerso potest, diuersitas cause. In artificiis quoq; instrumenta distinguuntur ex diuersis actionibus ad quas destinantur: potentiae autem sunt instrumenta naturæ: ex actibus ergo distinguenda sunt.

**Opiniones varia de modis explicacionis proxima.** Quocirca de qua questione, an est, minime certatur. Sed de modo est difficultas. Nam quidam auunt potentias distinguier per actus à posteriori tantum, tanquam per effectus. Ita Philoponus l.z. de Anima, quem sequitur Venetus, & Apollinaris, sententiam. Iandunus q. 8. Caietan. Thienen. text. 29. & 33. Alij volunt distinguiri potentias per actus à priori, ve causam tamem extrinsecam, & non specificantem. Ita Heraclitus quodlib. i. quæst. 12. Alij tenent distinguiri potentias per actus intrinsecæ, & essentia liter, non quod ipsi actus, & obiecta sint differentia intrinseca constituentes potentias, sed quod in coaptatione ad actus, & obiecta consistat intrinseca differentia specifica, & distinguens potentias. Hæc est D. Thomas sententia i. p. quæst. 77. a. 7. & Alexandri Aphroditi citat. text. 33. sequenturq; Caiet. Niphus, Agidius, & alijs. Item Ferrar. 4. contra Gentes, cap. 24. s. pro huius. Estque mens Aristotelis in eo text. 33. & 2. Ethicorum text. 16. Veraque sententia, in cuius explicatio p̄ius dicemus de modo, quo specificantur, & distinguuntur potentiae, deinde quomodo specificantur actus.

**Notandum ergo duplum esse potentiam, actuum, & passuum: actua dicitur quæ ad agendum ordinatur. Hæc autem duplex distinguuntur.** Nam alia est agens actione transiunt, ut calor, alia immanent, ut intellectus, & conueniunt, quod vtrumque agit circa aliud. Sed differenti, quod prima agit circa aliud, ut subiectum producendo in illo formam similem. Secunda vero circa illum nihil agat, sed respiciat tantum, ut obiectum, quod cognoscit vel amat, &c. atque hæc potentia pure actua non est, sed semper habet aliquid ad mixtum passum.

Francisc. Suarez de Anima.

Potentia passiva dicitur illa, qua potest aliquid recipere: aliquando quidem formam physicam propriæ dictam, seu terminum alterationis physice, & naturalis, aliquando vero formam solummodo perfectiæ, nullamque praiacetrem admittendo, vt sensus recipit speciem, atque huiusmodi potentia passiva admiseretur actiuæ immaterialiter, quia prius indiget receptione alicuius forma: vt deinde eliciat actum, quem postea etiam recipit, vt dicimus libro sequenti, agendo de potentia cognoscitibus.

Ex quibus colligitur differentia inter has potentias, quod actua transeunte, sit operaria sua obiecti, actiuæ vero immanenter, minime: habent enim se huiusmodi potentiae instar scientia practica, & speculativa, &practica enim operatur suum obiectum, vt ars adiunctandi efficit domum, scientia vero speculativa supponit obiectum, & illud contemplatur: sic calor, quia est potentia transiuncta agens, calorem facit, quem pro obiecto habet, tactus vero calorem non facit, sed illum fert, & cognoscit: omnis igitur potentia actiuæ operatur circa suum obiectum, diverso liceat modo. At vero potentia passiva non operatur, sed recipit aliquid, & ab aliquo, ac quod recipit habet propriæ rationem obiecti respectu illius: nam ad id primo, & per se ordinatur. Sic potentia materia ordinatur ad receptionem formæ, & illam habet pro obiecto, quamvis etiam id à quo recipit aliquando dicatur obiectum, vt in potentia cognoscitius obiectum dicitur à quo potentia immutatur.

Secundo est notandum potentiam à natura dari non propter se, sed ut enti iam existenti deferunt, vel ad agendum, vel ad recipiendum aliquid. Vnde ex triplici illo genere rerum, quod in capite de relatione in logica distinguebamus, potentiae omnes computandas sunt in medio generarearum, quæ nec omnino absolute sunt, nec omnino respectivæ, sed simpliciter absolute, ordinata tamen ad aliud, vt ad finem. Ex quibus colligitur potentiam habere essentialiæ habitudinem ad obiectum, & operationem, diuerso tamen modo, nam obiectum recipit, vt finem extrinsecum, operationem autem, vt intrinsecum, qui tamen duo fines non sunt, sed integrantes unum.

His suppositis est conclusio: Omnis potentia animæ specificatur intrinsecè, ex coaptatione, & per hanc etiam distinguuntur ab alijs. Hac conclusio fatus probata manet ex dictis hic, & ex si Vnde probemus de specificatione animæ: nam sicut anima ordinatur ad corporis, & ex coaptatione ad illud specificatur, ita, &c. Idem patet ex ijs, quæ in logica diximus de specificatione habituum, & ex dictis in physicis de specificatione motuum, hæc enim omnia aequaliter se habent, & ita idem est modo dicendum in præsenti.

Hoc optime explicant instrumenta artis: ars enim imitatur naturam, nam quod in arte sunt instrumenta, sunt potentiae in natura. Vnde sicut artifex primo considerat operationem, ad quam ordinat instrumentum, & materiam, circa quam debet cum illo operari, & postea ipsum efficit ex tali materia, & forma, qualiter requirit finis illius: ita hoc idem intelligendum est de potentij naturalibus, anima enim quæ principium erat futura multarum operationum circa varia, & diuersa obiecta, exigebat potentias diuersas pro qualitate & modo operationum, & obiectorum, & ideo natura tales dedit animæ potentias, vt essent talib; actibus, & obiectis proportionata, quod est specificari ab illis. Vnde quicquid in eis intrinsecè reperitur, absolutum est, sicut quidquid est in instrumento artis, v.g. calamo, est absolutum, at-

tamen quia totum id respicit potentiam, ut sit coaptata operationi circa tale obiectum; ideo ab obiecto dicitur specificari, eiusque essentia consistere in ordine ad illud, quod idem significauit Philosophus nono Metaphysic. textu decimo tertio, dicens potentiam definit per actum, ac denique in hoc fundatur illud estatum, *Actus, & potentia in eodem sunt generis*, quia scilicet inter se proportionari necesse est.

<sup>10</sup> *Qualis nam sit unitas obiectum* specificans potentiam, id est, quam unitatem obiectum requirat, specificam ne, an genericam? Simile clibium tractauimus de scientijs in fine potienda est, Posteriorum, atque ita declaratur. Nam sepe varijs exemplis discutitur, quo ad eandem potentiam, ut scientia, & opinio, sepe vero pertinent ad diuersas, ut intellectio, & voluntio. Item idem obiectum aliquando pertinent ad diuersas potentias, ut inter argendum dicebamus in principio in quarto argumento, aliquando vero diuerissima obiecta pertinent ad eandem potentiam. Item quae pertinent ad unam potentiam aliquando continentur sub uno genere, ut sapores, & odores: aliquando vero ad diuersa, ut substantia, & quantitas comprehenduntur ab intellectu.

<sup>11.</sup> *Primum ei- tular, ex al- latis excludi-* Hac ergo, & similia, qua difficultatem aperiunt, vitam parant ad inueniendam veritatem: nam ex illis habetur primus, non quamlibet diuersitatem actuum diuersificare potentias, siquidem potentia via habere potest actus diuersos. Habetur secundum, conuenientiam specificans, aut genericam rerum non specificare ad conferendam unitatem, vel diuersitatem potentiae, quia, ut dictum est, res una, atque eadem pertinere potest ad diuersas potentias, & diuersa ad eandem, aliquando etiam res comprehensa sub obiecto unius potentie sunt eiusdem speciei, aliquando eiusdem generis: interdum denique analogicamentum conuenientiam, ut in ente. Et hinc tertius colligitur, cum differentia, vel conuenientia in esse reali non sufficiat ad unitatem, vel diuersitatem potentij tribendam, in rebus ijs, quae sub unam potentiam cadunt, quarendam esse aliquam realem conuenientiam, ratione cuius ad eandem potentiam pertineant, & similiter, quae pertinent ad diuersas potentias, id habere ex aliqua diuersitate, quae ex natura rei in ipsis reperitur, imo si vna, & eadem res forte spectet ad diuersas potentias, in illamer quarendas esse rationes reales diuersas. Quae omnia ita patent. Nam unitas, & diuersitas potentiae, est unitas, & diuersitas realis, quia ex obiectis sumitur, & non ex conceptione nostra: ergo vna potentia respicit adequate obiectum realiter vnum: ergo omnia circa quae versantur debent conuenire in aliqua ratione reali vna: & è contrario in potentij diuersis proportionaliter philosophandum. Et hinc vterius colligitur quartus præter conuenientias, & differentias, quas res habent in esserum, habere alias in esse obiectorum, & has in illis fundari, non in conceptione mentis: quia vero stat, differre duo aliquæ in esserum, & conuenire in ratione obiectorum, ideo tales rationes inter se diuersas esse concludendum est. Vnde habetur eiusmodi tertia conclusio. Unitas, vel diuersitas potentia sumenda est ex unitate, & diuersitate formalium obiectorum, ut obiecta sunt. Cuius proportionatio paret ex dictis.

<sup>12.</sup> *Quoniam pri- tanda sit ea- dem, vel di- uersaratio formalis, un- de unitas,* Sed explicandum superest, quae sint rationes haformales obiectorum, ac sufficiens ad dannam unitatem, & diuersitatem potentij. Pro expositione est notandum primò inter potentias esse alias viueraliores alijs, eo quod respiciunt viueraliora obiecta, eamque diuersitatem ali-

quando prouenire ex perfectione, aliquando ex imperfectione earundem potentiarum: hanc in <sup>21</sup> *potentijs purè passiis*, <sup>22</sup> *passione proprie dicta*, seu physica, quanto potentia imperfectior est, <sup>23</sup> *potentia*, tanto est viueralior, id est, aptior, atque aprior <sup>24</sup> *ad patientem plura*. Vnde materia prima, quia est <sup>25</sup> *potentia*, imperficiatissima inter potentias passivas physicæ est indifferens ad omnes formas, & consequenter ad omnes alterationes, & passiones physicæ: at in potentij passiis passione perfectiore viueralitas prouenit ex perfectione: sic intellectus potest plura recipere, quam sensus. In potentia autem actius, viueralitas impliciter semper prouenit ex perfectione: exempla sunt innumeræ. Et ratio est aperta, quia pati passione proprie dicta imperfectionis est, & ideo posse plura pati maioris imperfectionis: at vero posse perfici per receptionem aliquius formæ abique alterius amissionem, ac posse operari, & efficiere, perfectionis est non modice. Et ideo viueralitas hac in parte maior est perfectione potentiae, ex quo intelligitur non esse eodem modo assignandum obiectum formale omnibus potentij: nam potentia viueraliori assignandum est viueralius obiectum, id est, plura comprehendens sub formalitate sua.

Ad hoc tamen melius intelligendum, notandum est secundo esse potentias viueralissimas in suo genere, ut intellectum in genere potentiae <sup>13</sup> *cognoscitivæ*, alias limitatas nimis, ut externi *actus*, sensus, eodem genere: alias vero esse quasi *medium* <sup>14</sup> *dias*, quia nec adeo sunt viuerales, neque adeo *limitatae*, ut interiores sensus, & simile quidam reperiunt poterit in quousque genere potentiarum: iuxta quam diueris mode est illis assignandum obiectum formale, ordinari: tamen hoc illis communi est, quod formalitas obiecti attendenda potissimum est penes modum, quo potentia ipsum attingit, & quo ab eodem immutatur, sed differentia est quod in potentij particularibus in suo genere modus attingendi, aut immutandi sumendum est secundum particularem, & specificam quandam rationem: in potentij vero viueralioribus proportionaliter. Exemplum sit in potentij actibus, nam diuina potentia, quae viueralissima est inter actus, vienit in se quicquid in alijs est diuisum, habet pro obiecto adiquato omne possibile: potentia vero actus a particularis veluti ignis, quia limitatissima est, determinatur ad producendum ignem: potentia denique Solis, quae est quasi media, extendit ad plura, quam potentia ignis, ad priuata ratiōnē, quam DEI potentia. Simile est in potentij passiis, atque etiam in potentij animarum: nam intellectus, & voluntas, quae viueralissima potentia sunt in suo genere, habent unitatem ex viueralissimis rationibus, scilicet, quia una operatur trahendo obiectum ad se, alia tanquam pondus tendendo in bonitatem obiecti, & simile est in alijs.

Ex quo colligimus id, quod se habet, ut obiectum formale respectu vinis potentiarum, comparatum ad superiore, & viueraliorum potentiarum, habere se materialiter: quia numerus recipitur ab ipsa potentia sub viueraliori ratione, quae est quasi forma sui obiecti materializans quodammodo rationes omnes, quas sub se continet, ut in appetitu sensitivo, iuxta multorum sententiam, de qua tamén infra libro quinto, capite quarto. Bonum arduum, & bonum concupisibile sunt duas rationes formales obiectorum diuersificantes duas potentias particulare, & materialis: tamen illæ rationes comparatae ad voluntatem habent se materialiter, nam comprehenduntur sub viuerali ratione boni, quam illa poten-

tia in suo genere vniuersalissima respicit, ut ad extat quatum obiectum. Verius exemplum cernitur in externis sensibus, quorum formalia obiecta materialiter se habent ad formale obiectum sensus interni. Eset item huius rei simile in artificialibus, si imperfectus artifex ad singulas actiones indigeret distinctis instrumentis, perfectior vero posset unico instrumento exequi omnes. Atque hoc est, quod in communione dici potest de modo assignandi obiecta formalia potentiarum, in particulari vero dicimus in sequentibus, & per haec satisfactum est priori parti huius capituli earum quas in fine numeri tertij proposuimus, iam de posteriori.

## De modo specificandi actus.

Vide diff. 47. lib. 3. cap. 3. Actum nomine hic intelligimus qualitates illas, quibus anima potentiae attingunt extrinsecè sua obiecta, quales sunt cognitiones, & appetitiones in facto esse: nam productiones, seu dependentiae actuale talium qualitatum ab ipsis potentias, & in vniuersum actiones proprium constituentes praedicamentum, probabilius videtur per ipsos materiales terminos specificari, ut suo loco disputatur. Circa modum ergo quo specificantur praedicti actus sit quarta assertio huius capituli. Actus intimanens, ut est qualitas, sortitur speciem ab obiecto, ad quod terminatur. Probatur quia eadem ratio proportionaliter est de actibus, quae de potentias: ostensum est autem potentias ita fortiori speciem suam: ergo, & cetera. Item ratio actus consistit in quadam coaptatione ad obiectum, quoniam vel est cognitio, vel appetitus obiecti, vel quid simile. Vnde essentialiter sunt tales actus, quales requiruntur ab obiecto circa quod versantur: ergo, & cetera. Idem patet in moralibus, sunt enim actus tales honesti, scilicet, aut praui, qualia sunt eorum obiecta, atque fines. Dices, terminare actum nihil in obiecto ponit: ergo ut sic non potest veram specificationem conferre. Respondeatur, si non terminare, certe terminatiuum esse, reale aliquid ponere in obiecto, ratione cuius speciem conferat actu. Simile quid diximus alibi de relativis. An vero actus specificetur ab obiecto formalis, vel materiali, & quod sit formale obiectum illius (non enim id haec tenus expusum) melius in solutionibus argumentorum quarti, & sexti intelligetur.

Ad primum Ad primum argumentum ex initio positis communis solutio est, licet obiectum sit extrinsecum: ordinem tamen ad illud esse intrinsecum. Similiter actus esse priores potentias in ratione finis, licet in executione sint posteriores. Sed utraque pars solutionis difficultatem haberet. Prima quidem. Nam ex illa sequitur potentias esse proper obiecta, & non è contrario. Secunda item pars difficilis est, nam si actus nondum sunt, quomodo specificant? Ad primam partem responderetur potentias anima intrinsecè ordinari ad operandum circa obiecta, & hunc esse finem earum proprium, neque esse inconveniens visum, verbigratia, ordinari ad qualitatem scipio imperfectorem, non enim ordinatur propter bonum, ipsum obiectum, sed propter perfectionem viventis, & propriam, visus liquidem percipiendo lucem fas perfitur: hoc ergo modo perfectior res ordinari valet ad imperfectorem, id est, ad operandum circa illam, in qua operatione ipsa potentia, quae ordinatur, perficitur. Ad secundam partem responderetur, actum in existendo esse posteriorem potentiam, in essendo vero priorem, & sic specificare per modum hinc, quatenus postulat talem potentiam, quae illum eliciat, vnde sicut finalis causa non requirit existentiam ad causandum, ita neq;

actus ad speciem tantum, cum non specificet, ut intrinsecum forma, sed ordo ad illum.

Ad secundum negandum specificans non esse quid certum, est enim obiectum formale ad aquatum potentiae, seu ratio formalis actuum, qui versantur circa tale obiectum, petit vero argumentum, an eadem potentia exercere queat actus species differentes? Sunt qui dicant omnes actus prout procedentes ab eadem potentia eiusdem speciei esse, quod omnes sint intra latitudinem obiecti formalis vnius potentiae, quod non videtur verum. Nam actus scientiae, & opinionis, amoris, & odii, nullatenus eiusdem sunt speciei, & tamen ab eadem potentia elicuntur. Item habitus dantur ad eandem potentiam spectantes, ut vitium, & virtus, fides, & error: de quibus nulla ratione affirmari debet etiam prout in eadem potentia inueniuntur, eiusdem esse speciei, alias calor, & frigiditas prout sunt in eodem subiecto, eiusdem speciei dicentur. Si ergo habitus eiusdem potentiae reuera distinguuntur, actus etiam distinguuntur. Item calcatio, & illuminatio procedentes à luce Solis sunt distinctæ speciei: ergo eadem potentia potest habere actiones distinctas. Idem ergo affirmari poterit in praesenti de operationibus animæ. Antecedens patet ex dictis. Nam per illas actiones diuerterim communicat lux suum esse. Tandem potentia cognoscitua non sola, sed informata specie elicit actum: ergo per diuersas species poterit elicere actus diuersos. Neq; haec diuersitas actuum eiusdem potentiae obstat specificatio, si potentia ex actibus, quia non specificatur potentia ex hac specie actuum, sed ex latitudine actuum, qui versantur circa tale obiectum formale, est enim potentia vniuersalior, quam actus, vel habitus, & ideo vniuersalior rationem respicit, sub qua possunt dari multæ rationes diuersificantes actus, & habitus. Ad tertium respondet. Ad 3. Ad tertium responsum, ut speciatum potentia vnum esse, nam, ut dixi, actus, & obiectum integrant vnum finem potentiae, qui est consequi ipsum obiectum: ab hoc ergo uno fine specificatur.

Ad quartum respondet D. Thom. 1. p. q. 77. art. 3. 18 ad 3, ad distinguendas potentias specie non requiri distinctionem realem obiectorum, sufficeretque Ad 4. in modis. diuersitatem rationis. Si opponas hanc diuersitatem in re ipsa nullam esse, atque adeo neque ullam distinctionem à parte rei tribuere potentias. Occurrit. Caiet, licet in re non distinguantur obiecta actualiter, distinguiri certè virtualiter, quod ad distinguendas vere potentias sufficit. Nam quod est acta vnum, si in virtute plura sit, caufare potest pluralitatem. Quia solutio in primis non explicat illam virtualem distinctionem. Videtur deinde petere principium. Nam argumentum assumit, non posse habere virtutem ad distinguendum plura, id quod in se vnum est.

Respondeatur ergo potentias desumere ex obiectis distinctionem specificam, ideoque require obiecta, formaliter saltem distincta, quam distinctionem sapient. Thomas vocat secundum rationem, neque plane potest intelligi, quo modo distinctionis formalis potentiarum sumatur ex obiectis, nisi in illis etiam sint diuersæ rationes formales: sicut etiam intelligi non potest, quomodo duæ species per eandem differentiationem constituantur: obiectum enim in praesenti habet se ad modum differentiationis. Vnde ad argumentum concedo potentias ex vi obiectorum habere tamen distinctionem formalem, talemque in obiectis solum requiri, de factoque inueniri in bono, & vero: porro identitas realis obiecti minimè arguit identitatem realem in potentia: sicut neq; è contrario, quoniam identitates haec impertinentes se habent,

habent, neque una aliam causat: ex quo ergo (inquiries) distinctio realis potentiarum fumeret? Respondetur sumi ex diuersitate magna in modo operandi, attingendi obiectum, addita limitatione, & imperfectione potentiarum creatarum, sicut in intellectu, & voluntate videre licet differunt enim realiter ob longe diuersam rationem actuum, nam intellectio quaedam est assimilatio, & penetratio obiecti, amor vero est quoddam pondus in rem ipsam, unica autem potentia creata, & limitata non potuit amplecti utrumque modum operandi, in Deo tamen quanuis sit vera intellectus, & verus amor, neque actus, neque potentia distinguuntur, propter illius infinitatem.

Ad quintu.

Ad quintu. Respondeatur, omnes potentias habentes idem obiectum formale eiusdem specie esse, que autem sint illae, non est huius loci definire: qua verò in arguento petuntur de visu hominis, & equi, de intellectu Angeli, & hominis lib.

4. capit. i. numer. 7. exponendum est.

20 Videlib. 1. de Angelis. 2. de num. 15. Ad extum

Ad sextum sunt qui concedant potentiam, auctum, & habitum esse eiusdem specie, saltem secundum ordinem quem habent ad obiecta: sed hoc fine dubio fallum est, nam intellectus, & intellectio secundum omnem rationem specie distinguuntur. Item habitus, & potentia diuersas species qualitatis conflat etiam secundum ordinem, quem habent ad obiecta, nam hinc potissimum specificantur: ergo multo magis potentia, & actus. Dico igitur potentiam, & auctum distinguere: conueniunt namque in obiecto solum materialiter, & inadæquatae. Nam ratio formalis in obiecto potentiae, est multo viuens, & quædam in obiecto actus. Item modus, que potentia attingit obiectum, est longe diuersus, potentia enim attingit mediante actus, actus vero imminutus: potentia etiam respicit obiectum absolute sub ratione possibilis, ut visus visibilis, actus vero respicit obiectum quasi existens in actu, quia actu terminat, quæ omnia ostendunt diuersitatem in formalis obiecto potentiae, & actus: ostendunt etiam quomodo obiectum formale fit assignandum auctibus, nempe sub particulari aliqua ratione contenta sub obiecto viuens, & potentie. Ad septimum, & octauum part. solutio ex dictis.

## C A P V T III.

*Virum potentiae anima fluunt ab anima, & in ea subiectentur.*

T Ractat quæstiōnēm hanc Diuus Thomas i. part. quæst. 77. artic. 4. Nos verò circa illam primò dicemus de ordine, & causalitate animæ respectu potentiarum. Secundo de ordine, & causalitate, quam ipsæ inter se obseruant.

*Quotupliciter anima causet suas potentias.*

Quid de causalitate finali, & formalis.

Quantum ad primum certum est, animam, seu animatum esse causam finalem potentiarum, ordinantur enim potentiae ad perfectum statum viventis, sicut & operationes ipse, unde licet potentiae efficiat ordinantur ad operationes, tamen quia simul sunt instrumenta aliquius operationis, non nudas operationes recipiunt, sed medio subiecto, cuius sunt instrumenta, & virtutes, & ad hoc principaliter ordinantur. De causalitate formalis secundo est certum non competere animæ respectu potentiarum, quin potius quodammodo ipsæ potentiae sunt forma animæ, vel animati, in quo subiectantur.

Est tertio certum quoad causam materialem

potentias spirituales, intellectum scilicet, & voluntatem, & si qua est potentia mortua solus anima subiectari immediatè in anima, atque adeò ab ea caufari materialiter, circa alias vero potentias non sic, vel quia anima non est subiectus, ut in brutis, vel quia nou est subiectum proportionatum rationibus potentis, quia anima spiritualis est, & ipsa potentia materiale. Quapropter decessus est Gregor. in 2. dist. 17. quæst. 3. dicens omnes potentias sensitivas, si forte illas ab anima diffinxit, subiectari immediate in ipsa anima, atque adeò in anima ipsa percipi sensationem, sicut & intellectu, ex hoc enim sequitur sensationem, & sensum esse spiritualia, immo & species etiam sensibiles, quod est impossibile, cum imprimitur à rebus materialibus. Rursus sequitur vel bruta non sentire, vel animas habere spirituales, nam habent operationes proprias, non exercitus in corpore. Præterea diuersitas organorum ad diuersas potentias sensitivas ostendit eas non esse in anima, sed in organis. Vnde intellectui nullum organum præbuit natura, & Aristoteles 2. de Anima, text. 122. ait: Non enim esse primum subiectum, in quo est ipse sensus, & lib. 1. cap. 1. operationes omnes, & potentias sensitivas esse communes, & totius coniuncti. Denique refert etiam D. Thomas supra art. 8. ex lib. de Ecclesiasticis dogmatibus, *hominem duabus consolare substanziis, anima ac ratione sua, & carnem sensibus suis.* Et faver illud Pauli, *Caro concupiscentia duxit in sensu, Gal. 5. Infra Greg. Quia alii sensus non manerent in anima separata, posset Deus conseruare illos in corpore mortuo, itaque posset sentire. Negatur tamen ultima consequentia, quia sentire operatio vitalis est intrinsecè dependens a primo principio vita, latere. Unde impossibile est esse sine illo.*

Sed quæs. quoniam sit subiectum harum facultatum. S. Thom. ait esse totum compositum, & consequenter loquitur, quia sentit nulla accidentia in materia prima. Attamen dicendum has potentias etenim subiectari in composito, quatenus supponunt ipsum constitutum: non enim possunt esse nisi prius materia informetur anima, ex qua deinde oriantur: at esse in composito, ita ut utriusque parti illius inherent, est impossibile, nam cum sint accidentia corporalia in herent media quantitate, atque adeo in subiecto quantitate, quod est materia.

De causalitate effectus duo sunt dubia. Primum, utrum anima habeat efficientiam circa propriae potentias. Secundum, si illam habeat, efficiat qualiter. Circa primum videtur pars negativa vera. Primo, quia agens eadem actione, qua pars producit viuens, ipsum producit cum debitis potentijs, nam qui dat formam, consequenter ad illum confert: ergo superfluum est fingere efficientiam inter potentias, & animam. Confirmatur nam alias duas essent, vel plures fingenda actiones in cuiusque reproductione, vna scilicet productiva forma substantialis, & deinde aliæ, quibus ipsa forma substantialis producit potentias: hoc autem superfluum videretur, & contra illud principium quod substantia creata non sit immediatum principium actionis maximæ accidens. Confirmatur secundum, quia si anima haberet efficientiam circa suas potentias, posset virtute sua illas recuperare, si auferrentur. Consequens est fallum, & contra experientiam. Nam si semel auferatur visus, non iterum fluit ab anima. Confirmatur tertio. Nam eadem ratio est de proprietatis aliarum rerum, ac de potentias animæ: sed in rebus alijs proprietates non fluunt effectu ab essentia: ergo, &c. Probatur minor, quantitas enim est proprietas materialis primæ, & tamen non fluit

SVARE Z  
de Anecdosis op  
pp. 6. dictum, et  
animæ.

IV. TOM  
III  
I. PART

D. N. 2

fluit ab illa effectuē, cum materia nullam habeat efficientiam. Calor etiam proprietas ignis est, nec tamen sit effectuē ab illius forma, quia prior est calor disponens materiam, quam forma introducta.

Nihilominus D. Thomas suprà, quem communitate alij sequuntur, tribuunt animæ efficientiam circa potentias suas, quod probat ex differentia in ter accidentia, propria, & communia, & ratiōne enim requirunt causam effectuum, sed differunt, quod accidentia communia, quia extrinseca sunt, proueniant ab extrinseca causa: at verò propria, quia intrinseca, ab intrinseca essentia, & causa provenient debent, tanquam à principio actuō, forma enim substantialis, quæ dat primum esse simpliciter compōsto, debet esse causa efficiens reliquorum, quæ per se illi conueniunt, nam in per se ordinatis, quod prius est, debet esse causa posterioris, forma autem, & potentia per se ordinantur ad perfectum esse compositi. Et confirmatur hæc sententia, quia plenior causalitatem haberet sententia rei circa proprias passiones suas, quam circa accidentia communia, sed in ordine ad accidentia communia est causa materialis, & finalis (sunt enim & hoc propter perfectionem substantiarum) ergo genus aliud causalitatis habet circa proprias passiones, non nisi effectuē: ergo, &c. Item magis necessario dimanat intellectus ab anima, quam calor à calore: sed vnu calor effectuē fit ab alio: ergo à fortiori intellectus ab anima erit efficienter. Item necessaria connexio inter duo non potest esse absque aliqua causalitate inducente ipsam connexionem, causalitas autem materialis per se sumptu non eam inducit, vt patet in accidenti, & subiecto communi. Eademque ratio est de causa finali: ergo duplex eiusmodi causalitas non sufficit ad tam necessariam unionem, quam est inter potentias, & essentiam: ergo admittenda est alia causalitas, & non formalis: ergo effectuā. Dices, relationem, & terminum habere mutuam connexionem, nec interuenire ibi causalitatem. Sed occurendum inter terminum materialiter sumptum, & relationem non esse illam mutuam connexionem, cum posset manere id quod terminat sine relatione, quamvis non prout actu terminat, quia vt sic ab ea intrinsecè penderit in genero causa formalis. Relatio quoque ipsa pendet à termino quodammodo, vt à forma extrinseca, quia eius essentia consistit in ordine ad illum: in universum igitur necessaria connexio penderit ab aliquo genere causalitatis. Confirmatur tandem ab experientia. Nam sublata frigiditate ab aqua statim alia dimanat à forma, ac simile est de alijs; ergo forma substantialis habet efficientiam circa proprietates suas: ergo potiori ratione habebit illam anima circa potentiam.

Sed antequam hanc primam partem dubij resoluamus, videamus quid dici possit circa secundum. Nam si anima habet efficientiam, quem eius modum, quæ, habet? Quidam tantam efficientiam ei tribunt, vt afferant animam noua aetione producere potentias, arque distinctas ab illa, per quam ipsa fuit producta: itaque pronuntiant cum anima rationalis creatur, creationem terminari ad substantiam animarum tantum, & inde ab anima prodire intellectum, & voluntatem noua alia actione: eo modo, quo productio Solis à Deo terminata est ad solem tantum, & in eodem instanti sol alia actione illuminavit aetem. Probaturque hæc sententia. Nam forma rationalis habet efficientiam circa suas potentias realiter à se distinctas, vt numero præcedenti ostensum est: ergo sicut anima est effectus Dei, ita potentia sunt noui effectus ab ipsa anima facti, sed vbi est nouus effectus, est noua actio (actio e-

nim res ipsa est, quæ fit prout egreditur à principio agendi) ergo, &c. Secundo potentia verè producuntur ab anima: ergo noua actio producuntur: nam producere fine productione intelligibile est. Tertiò anima non concurrit effectuē ad sui productionem: concurredit autem effectuē ad productionem potentiarum, vt est probatum: ergo distincta productio est anima, & potentiarum: ergo & actio distincta. Quartò effectuē intrinsecè includit actionem, est siquidem modus caufandi per actionem propriis cause efficiētis, in eoque distinguuntur à causalitate ceterarum causalium: ergo si potentia verè effectuē dimanant ab anima, plane ab illa media actione dimanant. Quintò hæc dimanatio noua actio forte non est, quia posita semel anima, naturali sequela potentia relinquit, sed hoc non obstat, cum posita etiam certa mixtione primarum qualitatum ortantur secundaria per nouam actionem, & posito sole, vt dicebamus, sequatur lumen in aere per diffūctum etiam actionem: ergo naturalis sequela propriam actionem non excludit.

Nihilominus plerique Thomistarum reiçunt hunc dicendi modum, quod pugnare videatur duobus principijs, quæ ipso magna religione obseruantur. Primum quod substantia creata nequeat prædicta esse immediatum principium aliquis actionis, modus maximè accidentalis, atque adeo impossibile fit animam per actionem à se immediatè producere potentias. Secundum principium est, nihil posse agere in seipsum per se primo: cum ergo anima recipiat in se potentias, vt intellectum, & voluntatem, eas proprie in se non agit, ac proinde nec medie actione. Propter hæc Caiet. supra, & latius i. part. quæst. 54. articulo tertio, quem alij sequuntur, aut potentias dimanare à propria forma sine via actione per quandam reflūtantiam, cui fuit Diuus Thomas suprà ad 2. & 3. vbi ait animam esse principium actuum potentiarum non proprie, sed quodammodo, quia non efficit propria transmutatione, sed per reflūtiam quandam. Et confirmatur, quia alias ad Et confirmata potentias anima daretur per se motus, seu mutatione, nam ad rem illam est per se motus, & mutatione, ad quæ propria actio productiva per se tendit: consequens autem est contra Aristotelem: quare, &c.

Pro resolutione est notandum de ratione passionis esse inseparabilem unionem cum substantia rei, quantum de se est, quod ideo addo, quoniam aliquis separabilitas, quæ ab extrinseco fit, non tollit rationem proprietatis, est enim sumimus calor, verbi gratia, proprietatis ignis, sicut sit separabilis ab illo, nam in ea separatione ignis saltem inchoate corrumpitur, atque extra statum naturæ suæ debitum trahitur. Secundò est notandum proprietates semper conuenire rei ratione forma, vt D. Thomas dixit: (quantitatè excepto, quæ est individua proprietatis materiae) inter proprietates ergo gratia formæ requiritur quædam requiriuntur non solum vt cœquentes formam, sed etiam ut passiu ad illam inducendam huiusmodi verò sunt dispositiones, quæ formam saltem natura precedunt in materia. Aliae sunt proprietates, quæ supponunt existentiam rei, & illi tribuuntur tanquam virtutes ad operandum, quales sunt potentia anima maximè sensitiva, & intellectiva, & multæ etiam virtutes herbarum, & mineralium. Atque interhas, & illas proprietates illud interest, quod priores illæ non hant effectuē à forma in primo instanti generationis, sed immediate ab agente disponente materiam, vt inducatur forma, quod probat tertia confirmatione supra facta num. quarto, quæ concludit planè supposita alia sententia, quod accidentia

finit

Notatio prædicta pro de cessione.

Notatio secunda

finit in materia prima, inde namque sequitur nullam virtutem dispositionem fieri à forma, sed ab agente, quamquam formæ ipsi de se non deesset virtus ad illam dispositionem causandam, si quidem ea forte ablata statim efficit aliam: in primo ergo instanti non efficit, quia factam inuenit, tandemque deinceps conseruat.

De alijs vero proprietatibus, quæ consequuntur formam, ac simpliciter ea, posteriores sunt in omni genere causæ, de quibus præcipua quæstio procedit, videtur valde probabilis opinio D. Thomæ. Primo, quia illa intima vno, qua inter formam, & virtutes reperitur, videtur necessario inducere inter illas aliquam causalitatem effectivam, alia namque causalitates minimè sufficiunt. Secundo proprietates illæ, quæ semel auferuntur, & iterum manant, ostendunt esse inter formam, & proprietatem hoc genus causalitatis. Tertio, cum anima sit simpliciter prior suis proprietatibus, ratione consonum est, ut illum ordinem causalitatis habeat respectu illarum: ergo.

Vnde dico secundo, consequenter videri concedendum actionem productiæam rei immediatae terminari ad substantiam ipsius, ut præcisam à proprietatibus. Tertio dico actionem illam productiæam substantia distincta esse ab illa, quia potentia ipsa dimanat ab anima: vtrumque istorum patet factis argumentis contra opinionem Thomistiarum in numero sexto, quod iterum explicatur, & suaderetur. Nam sine Deum creare substantiam animæ impediendo emanationem potentie ab illa, hoc enim posse fieri supra est ostensum: maneret ergo tunc substantia animæ abfique intellectu, & voluntate, auferat verò postea Deus impedimentum, relinquatque animam suæ naturæ, certe dimanarent ab illa intellectus, atque voluntas, sicut in primo instanti generationis, aut creationis. Iam sic arguitur, si eo casu actio creaturæ habet suum terminum integrum, qui aliud non esset, quam sola anima substantia, intellectus vero, ac voluntatis dimanatio postea subsequens efficit distincta actio, vtpote separata etiam tempore à creatione, & auctiù nouum producens: ergo & nunc eadem actiones sunt in instanti creationis, nam quia in casu positivo separantur tempore, debet mens in uno instanti per acta separare, quod enim simul fiant, distinctionem non auferunt. Confirmatur prius. Nam vel ex via actionis

productiæam producuntur etiam potentie, vel non. Si primum: ergo cum tota illa actio sit ab agente, anima nihil omnino efficit in productione suarum potentiarum, quod est absurdum. Si secundum: ergo debet alia esse actio, per quam potentia producatur. Confirmatur secundo.

Nam actio per se vna debet terminari ad unum per se terminum: at vero anima cum potentia est unum per aggregationem: ergo totum illud per unam actionem non producitur. Id quod facilius intelligitur in productione formarum materialium, nam talis actio est eductiæ formæ substancialis de potentia materia: eductio vero ex proprijs considerata, formaliter tantum terminatur ad substancialem formam: ergo consequitio proprietatum à formâ non potest intelligi sine noua actione, quod clarius adhuc patet in alio casu separata dimanatione potentiarum à productione formæ, ac patet etiam in aqua reducente se ad pristinum frigus. Nam verè motus ille fit à formâ substanciali aquæ, nec minus vera actio frigesciendi est, quam si proueniret ab extremitate, quid enim refert? Vnde est considerandum, quando formæ proprietates sunt dispositiones illæ priores, fieri etiam distincta actione ab ea, quia posterioris natura inducitur forma, alteratio videlicet dispositiæ, eo tamen discrimine,

quod tales dispositiones non à forma tanquam principio actiū, sed immediate ab agente procedunt: at proprietates consequentes formam, suam originem ab illa ducunt.

Dico tamen quarto: absolutely dicendum est, agens principale producere formam cum omnibus virtutibus, quæ ex illa sequuntur. Hic etiam est communis modus loquendi, & sententiæ, sic D E S creando animam dicitur potentias concrare. Ratio vero est, quia agens est producere substantiam rei vñqueque instruam ad suum finem, & ideo dando formam dat omnia, quæ ipsam perficiunt, non tantum quod esse, sed etiam ut sit exactum principium operandi, atque ideo ut sit principium potentiarum ad finem operandi requisitorum. Item generans intendit assimilare sibi datum quantum potest: illa ergo actio, quæ formam inducit, licet immediate tantum inducit, & radicaliter etiæ productiæam omnium, quæ naturaliter, & necessario ex illa sequuntur tanquam ad perfectionem genitum attinentia. Quo sensu dici solet, ac vere, vñcam esse actionem productiæam rei, & comproduciæam proprietatum, quia non consideratur cum præfitione, sed consideratur actio radicalis, & primaria. Et per hanc paret solutio argumentorum.

Ad primum enim dicimus agens vna actione producere omnia mediate, vel immediata, sicut que exponi illud axioma, *Qui dat formam, dat, non scilicet in radice, consequentia ad formam.* Ad priam confirmationem respondetur, rem prædictam considerando tot esse actiones, quorū entitatis dicuntur tamen vñcam actionem, quod ex illa reliqua dimanent. Secunda confirmationis non virga distinguitur: per se enim propriam difficultatem postulat, cur potentia animæ semel separate non iterum fluant, sicut experimur fieri in aqua, & in alijs naturalibus virtutibus inanimatorum. Et responderi potest primo, naturam preuidisse id, quod per se est in rebus, non quod per accidens: per se autem esse, quod proprietas habens contrarium ab illo minuatur aliquantulum, deoque naturam dedisse formæ substanciali vires ad recuperandum tale detrimentum, potentias vero animæ de se non habere contrarium, & ideo de se tamdiu posse durare, quandiu & ipsa anima possit per accidentem vero esse, quod aliquando debilitetur aliunde, ideoque naturam non prouidisse. Hæc tamen responsio non videatur facere satis, nam si anima est virtus ad efficiendas suas potentias, quod semel illas efficiat, ea virtus non minuitur. Dicendum ergo potentias animæ de facto non laci, vel auferri, nisi levis, ut ablatis organis, in quibus resident, quæ organa substantia sunt, ac subiecta illarum: quia ergo anima ablatum organum non potest recuperare, sicut nec recuperare abscessum manum, ideo neque potentiam in organo subiectam. Ad tertium iam responsum est: ad illud vero de materia prima diximus in libro de Generatione disputatione prima, questione quarta, circa secundam confirmationem octauj argumenti secundæ opinionis, & secunda solutio ibi data est conformior doctrina hic tradita, quamvis etiam prima sustineri possit, quia est specialis ratio in materia propria ipsius potentialitatem.

Ad motuum Thomistarum respondetur, illa duo principia non esse adeo irrefragabilia, atque men exponi hic posse ad mentem sancti Thomæ, Thomas, quod formæ substancialis non sit immediatum in actu primo, & hoc forte intendit Diuus Thomas, vel dicto formam non esse actum nisi actione.

SVARE Z  
de Anecdosis op  
er 6. diarium ei  
animæ.

LIBRI TOMI  
II  
part

Nota.

actio naturaliter resultante ex illa, quæ dicitur dimanatio: hæc autem, si effectiva est, sine actione difficile intelligi potest. Similiter dicitur ad alterum principium, quod idem in se non agat praeterquam hoc actions genere, quæ est dimanatio, vel certè non agit nisi ut virtus generantis: sed de hoc secundo principio plura diximus alio loco. Ad confirmationem respondeatur primo tunc esse per se motum ad aliquid, quando datur actio in natura per se primo teqdens ad illud, non vero si actio fit tanquam dimanatio ab alia actione, quando enim multa sequuntur ex vi viis actions, quamvis interalia sit ordo, & considerando unum respectu alterius, sit noua actio inter ea, non dicitur tamen inter ea noua actio, nisi ad id ad quod primo, & radicaliter ipsa tendit: sic ergo res habet in proposito. Secundo dicitur aliud esse actionem tendere per se ad terminum aliquem, aliud vero, esse ad illum per se primo motum: potest ergo concedi ad has potentias esse aliquo modo actionem per se, non vero propriæ mutationem, quia subiectum eorum non mutatur, cum simul incipiant esse cum illo, propriè verò res dicitur per mutationem fieri, quando fit cum subiecti mutatione. Et hæc de prima parte quaestions.

*De ordine, & causalitate, quam potentiae inter se feruant resultando ab anima.*

Circa secundam partem huius capituli, quam ipso initio proposuimus, scilicet de ordine potentiarum inter se, notandum primo est breuiter, esse rem ferè certam inter potentias animæ aliquem seruari ordinem, nam, ut Diuus Thomas optimè aduertit, quando plura oriuntur, ab uno debent ordinatim procedere, non confusè, ac veluti tumultuatum: potest autem talis ordo intelligi, vel inter potentias ipsas, vel per respectum ad unum tertium. Inter se quidem, ut potentiae cognoscitiae, & appetitiae, haec namque illis plane subordinantur: sicut in operando, ( nihil enim volitum, quin præcognitum) ita & in effendo. Per respectum vero ad unum tertium, ut tam multiplices potentiae sensitivæ nostræ gratia sunt: & ad hoc diriguntur ut cognitionem perfectam sensibilium habeamus. Secundo notandum, prædictum ordinem esse posse multiplicem: scilicet vel durationis, quasi una potentia posterius existat, quam alia, vel quam anima ipsa: vel dignitatis, quia potentiae quædam sunt digniores alijs: vel generationis, quia potentiae alia prioræ alijs procedunt: vel obiectorum, quia carum obiecta sunt priora alijs secundum suam naturam, ut visibile, quam audibile: vel finis, quatenus una potentia ordinatur ad aliam, ut ad finem, ut scilicet illi ministret, ut exteriores sensus deseruunt interioribus: vel denique emanationis effectivæ, ita ut una potentia emanet ab alijs immedietate. Tertio est notandum comparari potentias, quæ consequuntur animam secundum unum, & eundem gradum, vel inter se, vel ad potentias consequentes secundum aliun gradum, ut vegetatiæ inter se, aut in ordine ad sensitivæ, & vrasque in ordine ad intellectivæ.

Hoc supposito dico primo. In ordine durationis nullus est ordo inter potentias eiusdem viuentis inter se, vel cum anima, à qua fluunt. Patet, quia omnes incipiunt in eodem instanti, nam omnes dimanant ab una anima, quæ in vicino eodem instanti incipit esse: id, quod aperè videre est in homine. Dico secundo. Ordine generationis potentiae, quæ consequuntur animam secundum gradum imperfectum sunt prioræ secundum naturam, quam alia. Probatur,

quia anima secundum gradum imperfectiorem est natura prior, quam secundum gradum perfectum: ergo & potentiae proportionaliter. Item actus illarum potentiarum sunt priores, ut nutritio sensatione, quia sensatio pendet à nutritione tanquam à subministrante, atque idem est de intellectione respectu sensationis: ergo & potentiae sunt priores, hæc vero prioritas ad genus cause materialis reducit: nam gradus imperfectior comparatur ad perfectiorem, ut potentia ad actionem, quomodo Diuus Thomas supra articulo septimo scribit potentias imperfectiores esse velut materiales causas respectu aliarum, quæ quodammodo disponunt ad illas, sicut superior gradus ad inferiorem. Dico tertio. Potentiae gradus inferioris sunt imperfectiores potentij gradus superioris: patet hoc inductione, & ipso naturali lumine. Dico quartio. Inferiores potentiae ordinantur ad deseruendum superioribus, superiores vero ad adiungandum inferiores, sic potentiae vegetatiæ ministrant sensitivæ, nam organa illarum perficiunt, & illæ præbent vires, ut melius possint exercere suas operationes: sensitivæ vero vicissim ordinantur ad tuendas vegetatiæ potentias, & ad quarendum, & preparandum illis cibis, quæ rursum comparata ad intellectivæ minister illarum sunt, & instrumenta comparandi species: vicissim vero intellectus dirigunt sensitivæ, eisque dominantur, ac tandem omnes ordinantur ad perfectum viuentis statum, conservationem, & regimen, sicut in republica benè ordinata infantes deseruunt superioribus, & superiores dirigunt, & tuerunt inferiores, & omnes sua munera exercent, ut res publica benefit instituta. Dices, potentia vegetativa de se non ordinatur ad sensitivæ, ut in plantis conflat, nec lucitur. Respondetur, potentias quidem quascunque immediate ordinari ad propria actus, ultimatè vero ordinari posse ad deseruendum perfectioribus potentij ratione perfectioris principij, à quo diminant, à quo etiam vindicant, ut actiones propriæ perfectiori modo exerceantur. Dico quinto. Inter potentias pertinentes ad eundem gradum animæ, etiam est ordo aliquis ex supra numeratis. Probatur, & explicatur. Nam inter potentias vegetatiæ partis, potentia attractiva defruct reteniens, & vtraque expulsiva deseruunt nutritivæ, quæ est virtus dispensorum, & omnes tandem ministrant à similitudine virtuti. Rursum in animalibus potentia cognoscitiva parunt appetitum, & appetitus motum localem. Inter sensus quoque, externi deseruunt internis, & externi vero inter se non ordinantur, ut unum alteri deseruat, iuvat tamen se quatenus alter defectum alterius supplet, & omnes integrant unum perfectum sensitivæ, quia de causa D. Thom. inter sensus externos non a signavit ordinem præterquam ex parte obiectorum, quatenus unus tendit in obiectum secundum se præiugquam aliis: similiter inter intellectum, voluntatem ordo est, quia intellectus dirigit voluntatem, eique imperat, voluntas vero mouet & applicat intellectum in actibus liberis. Et ratione universali horum omnium est, quia cum omnes istæ potentiae profluant ab eodem principio, & ordinantur ad perfectum illius statum, congruum est, ut inter se ordinem obseruerent.

Est vero difficultas hoc loco, an una potentia dimanet effectivæ ab altera eo modo, quo omnes dimanant ab essentiâ. D. Thomas supra vniuersaliter assertuit potentias imperfectiores dimanare per unum modum à perfectioribus, & clarius in distinctione sententia art. 3. Quæ sententia difficultas statim apparuit, quomodo enim credi possint potentias vegetatiæ hominis ab anima rationali

tionali mediante intellectu, & voluntate manare? Præterea arguitur ad hominem, nam gradus sensitivus, ac potentia illi respondentes sunt priores potentijs rationalibus: & vegetatiæ potentiaæ priores verisque: ergo impossibile est, quod ha potentiæ effectu orientur ab illis, nam quæ sunt principia activa, sunt simpliciter priora in ordine existendi, efficerem enim supponit existere: quæ vero sunt priora in existendo, sunt priora in generatione, cum generatio tendat ad esse. ergo impossibile est, quod potentia imperfectiores, ac priores via generationis, atque adeò in essendo, orientur actiuæ perfectioribus. Et confirmatur. Nam inter alias passiones rerum non inuenitur talis ordo dimensionis actiuæ, vt in aere calor non diminuat ab humiditate, vel humiditas à calore. Adeò, nulla necessitate astrui hanc efficientiam, nam ad saluandam connexionem intrinsecam inter passiones satis est radicari omnes in eadē anima, quanvis inter se causalitatem non habeant.

<sup>17</sup>  
6 Proba-  
tio n. du-  
catur  
sensu.

Conser-  
vatur.  
Probatur in  
secundo pen-  
satu.

Vide diß.  
18. Metaph.  
scilicet an. 2.

<sup>18</sup>  
1. Objetio  
contra pro-  
positum dicta.

Ad primum

Ad secundum.

Ad tertium.

19. Objetio  
contra pro-  
positum dicta.

participations quedam virtutis intellectuæ, ac de his specialiter videtur loqui S. Thomas. Adhuc tamen in his propria efficientia non cernitur, sed quedam veluti causalitas exemplatis, cum cognitio sensitiva sit quedam imitatio intellectuæ, quo etiam modo opera vegetatiæ partis in quârum sunt quâ arte, & intellectu, dici possunt illius imitationes.

Ultimo est aduertendum inter potentias cognoscituæ, & appetituæ videtur inueniri quemadmodum speciale ordinem. Nam sicut radix amoris est cognitio, ita radix, & causa appetituæ potentiaæ, videtur esse potentia cognoscituæ. Vnde haec est propria demonstratio, qua viuenit cognoscituum, est appetituum: ubi dictio quia, non potest aliam causam alitatem importare, quam dimensionis effectuæ, dicendum tamen neque inter potentiam cognoscituam, & appetituam intercedere propriæ causalitatæ effectuam physicam, sed metaphysicam, iuxta quam vno posito, sequitur aliud, eo quod fit necessarium ad dispositiōnem illius, non quasi sit propria eius causa: sicut ex rationabile sequitur admiratio, & ex admiratione ritus, non quia ha potest esse efficient, sed quia vna posita sequitur alia, quia actus vnius deseruit aliquo modo ad actum alterius: atque ha causalitas sufficit ad demonstrationem à priori: sicut immortaliitas demonstratur à priori per immutabilitatem, non quia vna sit causa effectuæ alterius, sed quia se consequuntur. Additum quod cognitio non causat effectuam amorem, sed obiectuæ proponendo bonum, vnde etiam non oportet, ut ipsa potentia appetituæ effectuæ sit à cognoscituæ, sed fatus est, quod illam necessariò supponat, & sequatur. De qua relatiū infra in lib. 5.

#### C A P V T I V .

De potentia vegetativa quantum ad obiectum,  
vtrum illud sit nutrimentum,

P ræmissa tribus proximis, capitibus generali doctrina potentiarum animæ, restat ut ea cum species descendamus, ac sicut ordine naturæ, ita & doctrinæ occurunt vegetatiæ, dequebus tractat Aristoteles lib. 1. de Anima, cap. 4. Ex cuius doctrina haç habentur effata. Primum, officia animæ vegetatiæ sunt generare, & nutrimento vti. Secundum, generatio est naturalissimum opus viviæ. Tertium, anima vegetativa est etiam principium augmenti, vel decrementi, quia nihil augetur, nisi quod nutritur, nihil autem nutritur, quod non sit particeps vitæ. Quartum eadem vis est nutriendi, & generandi. Quintum potentiæ nutritiæ est quedam vis, quia viuenit se conferuat, in quantum ipsam habet, & ideo alimento primum esse non potest. Sexto, in nutritione tria concurrunt, scilicet, quod nutrit, & est anima, quod nutritur, & est corpus habens animalia quo nutritur, & est alimentum. Septimum, id quod anima nutrit duplex est, scilicet nutrimentum, & calor, & ideo omne animalia habet calorem.

In hac ergo materia de potentia vegetativa ab obiectu incipimus, iuxta methodum Aristotelis, ac enim nutrimentum esse obiectum potentiarum nutriendi, obiectum verò constat prius esse potentij, atque actibus. Notandum ergo est aliquid aliud dicere motum, seu primum: aliud verò ultimum, seu proximum. Diuilio est Aristoteles 2. de partibus, cap. 3. Et prius Hippocrates Alimentorum, genitio, in aliis, ut dicitur, in tria membra aliem diuidit, nam aliud est, inquit, quod

SVARE Z  
de Anecdosis op-  
pe 6. dicitum, et  
animæ.

TOM  
II

D. N. 2

quod nutrit, aliud quod nutrit, & aliud quod quasi nutrit, ubi per primum membrum videatur intelligere alimentum proximum, seu ultimum: per tertium alimentum remotum: in secundo autem membro videtur addere alimentum quodam medium. Alimentum primum, & remotum est cibus, qui ore defumitur, qui talis esse debet, ut aliquam contrarietatem, seu dissimilitudinem habeat cum nutrito, non tamen tantam, ut mutari non possit, & verti in illius naturam, quia iuxta Galenum tertio de temperamentis, c. 2. Omne viuens conueniente sibi nutritur alimento: conueniens autem est quicquid facile assimilari potest corpori, quod nutritur, & quo faciliter alimentum converteri potest in substantiam alii, & pauciora habet excrementa, eo est melius.

<sup>3</sup> Huiusmodi autem alimentum distinguuntur in cibum, & potum, virum enim indigent viuentia, quamvis potus non habeat proprium rationem alimenti, ut diximus libri de Generatione: porro cibus est debet calidus, & siccus, potus vero frigidus, & humidus, datur namque cibus, ut viuens illum convertat in substantiam suam, quod potissimum facit medio calore naturali, unde oportet, ne cibus sit nimium frigidus, alias plus iusto resistet digestio. Debet item esse siccus, tum quia in mixtis calori nimio admiscetur siccitas, tum etiam, ut confusat in corpore, neque effluat, alias non posset commode fieri digestio, & ideo liquida minus apta sunt ad nutritionem, nisi misceantur. Nam potus deseruit tum ad refrigerandum corpus nimium calidum, tum ad duendum per vias alimentum, & ideo opus est, ut sit frigidum, humidum, & liquidum: contingit tamen aliquando rem eandem deseruire in cibum, & potum, ut vinum, nam de se calidum est, & humidum, ab extrinseco tamen est frigidum: ratione igitur frigiditas, & humiditas in potum sumuntur, quia tamen facile amittit frigiditatem ratione natui calor etiam nutrit, quoniam vero siccitas ei deficit, non est sufficiens alimentum. Rursus, quia frigiditatem faciliter perdit, per se solum non potest recte sufficere in potum.

<sup>4</sup> Aduerendum vero est, quando dicimus cibum esse debere calidum, & siccum, non excludi alias qualitates, sed has debere pradominari, temperata tamen. Idemque est de potu sentiendum: unde intelligimus duplum appetitum in anima, quando in libis inueniri, famem felicit, & sitim, a fames, animali ex parte. teste Aristotele, est appetitus calidi, & siccii, sitis vero appetitus frigidii, & humidii, qui duo appetitus ad hunc modum excitantur in ventriculo, sicut non venae nimis a stomacho, suctus autem eiusmodi efficit, ut alimentum deficiat in ventriculo: ad cuius absentiam ex liene melancholia copia injicitur, quia os ventriculi totum, sive fames sentitur: contingit autem aliquando, ut ob nimium venarum suatum, alimentum nondum recte digestum ab stomacho attrahatur, quod semper ex infirmitate aliqua prouenit, atque tunc causatur fames canina naturalis vero fames tunc est quando venae solim attrahunt cibum bene digestum: sitis deinde causatur, quando ventriculus indiget humore potus ad cibos bene concoquendos, sine potu enim alimentum coctum sit simile vescioni, venae etiam cum alimento attrahunt humorem necessarium, ex quo siccari contingit ventriculum, & ita cauatur sitis, unde naturaliter fames prius sentiuntur, quam sitis: nam potus non est nisi propter alimentum, & ideo prior est indigenzia cibi, quam potus: dixi, *natura alter*, nam prater naturali ex velimenti calore saepe contingit, ut prius sitim, quam famem sentiat animal.

<sup>5</sup> Ultimo est notandum huiusmodi alimentum non nutrit effectiue viuens, sed materialiter tan-

tum, & hoc est, quod Aristoteles secundo de Anima, textu 45. scribit, alimentum pati ab eo, quod non effectiue alitur, sed non est contra: loquitur felicit de alimento formaliter, seu in quantum alii, sic enim non agit, sed patitur, quamvis ille locus alias habeat expositiones. Nam quidam expponit de alimento ultimo, quod non reagit. Commentator vero exponit ut nutritum agat in nutritiis usq; ad conuerctionem, sed non est contrario. Albertus & S. Thom. aliter procedunt: sed quicquid sit de litera, veritas est, alimentum prout alii non agere: at tamen rem ipsam quem est alimentum reagere, ut idem Aristoteles docuit primo de Generatione, textu 42. & experientia ostendunt: porro quando reactio illa est natura discoueniens, nocuum dicitur, seu corruptum alimentum: quando vero reactio est natura consentaneum, dicitur medicamentum.

<sup>6</sup> Alimentum ultimum, teste Aristoteles est famiguis in venis decoctus. Est enim aduerendum ex Vtimum a dictis primo de Generatione, & ex Alberto 2. de animalium, tract. 2. & 8. cibum primo deferri ad ventri janguis in culum, ibique substantialiter transmutari, ac geruenda chylum, deinde deferri ad hepar ad recipi-

endam formam sanguinis, qui postea in venis depuratur, & ad singula membra trahitur: talis ergo sanguis dicitur ultimum, seu proximum alimentum ab Aristotele secundo de partibus, capit. 3. 4. & 5. & primo de generatione animalium, cap. 18. Quod quomodo intelligendum sit, in primo de generatione est dictum, est enim alimentum ferre omnium membrorum principium, non tamen omnium simpliciter, & hinc colligere sanguinem, ut vita tempore de novo fieri, quia toto tempore nutritur animal, unde dici solet in sanguine vita hominis consistere, & Aristoteles 2. de partibus, c. 34. scriptus dentes crescere tota vita, ut fungi possint officio suo (alias per continuam attritionem brevi consumerentur) ita & sanguinem creari semper, ne materia deficit perpetua nutritioni. Sed ea aduerendum ultius sanguinem non tantum deseruire propriam nutritionem viventis, sed generationi alterius, nam postquam ex sanguine virtus nutritiva desumpsit, quod sibi necessarium erat, reliqua pars sanguinis in semen convertitur, proper quod Aristoteles primo de generatione animalium cap. 18. semen vocat excrementum alimenti ultimi, atque postremi: dicitur enim excrementum non quia non fiat ex puro sanguine, fieri enim Aristoteles ibidem docet, & D. Thom. i. p. q. 119. art. ultimo. Sed quia fit ex sanguine non necessario. Alimentum medium, quod ab Hippocrate mediū quid.

<sup>7</sup> Alimentum frigido. Alimentum medium, quod ab Hippocrate mediū quid. additum est, dici potest chylus, & sanguis impurus in hepate genitus, quamvis haec omnia comprehensa sint ab Aristotele sub alimento remoto.

Hac divisione alimenti supposita, ut assignemus obiecta potentiarum animae vegetatiue, est supponendum ultius esse potentias activas, ut de se constat, in potentij autem actiuis aliud est obiectum earum, aliud materia circa quam operatur. Obiectum, ut ex praecedenti disputatione patet, est id, quod per eas fit, ut, verbi gratia, obiectum potentiae adficandi est adficium: materia autem est subiectum, quod supponitur actioni, ut ligna, vellapides, &c. Hac igitur duo oportet distinguere etiam in his potentij. Demque supponendum in actione nutritionis multas interuenire decoctiones, prouindeq; virtutem nutritivam non in una tantum parte residere, sed in multis ad diuerso modo, nam in ventriculo est ad generationem chylum, in hepate ad sanguinem elaborandum, in venis ad purificandum illum, nam ibi magis elaboratur, & decoquitur. In taliis virtus est ad trahendum sanguinem, atq; ex illo efficiendi

semen. Et in viuenterum in singulis membris virtus datur ad trahendum purum; & perfectum sanguinem, sibiue incorporandum, & assimilandum: quando vero incorporatum est, gluten dicitur à D. Thom. in 4. dist. 44. quæst. 1. a. 2. quæst. 2. & alijs pafim. De quo ipse intelligit Aristotelem cum 2. libr. de anima, & i. de Generatione, cap. 5. scribit, alimentum decoctum esse simile nutritio: scilicet postquam factum est pars viuentis, ut exponit etiam Philoponus & Albertus 2. de Anima, tract. 2. capite quinto, quamvis Themist. cap. 16. id explicet de sanguine, ut dicatur similes non perfectæ, sed quia iam proxime accedit ad assimilationem.

<sup>8</sup>  
Sicut iam  
titulo cap-  
tu.

Ex his igitur habetur, materiam circa quam versatur virtus nutritiva in ventriculo residens esse alimentum remotum, seu cibum extrinsecum aliquo modo in ore alteratum, & dispositum: obiectum vero illius esse chylum. Item materiam, circa quam versatur virtus hepatis esse chylum, obiectum vero esse sanguinem, qui sanguis materia est virtutis venarum ipsum depurantium. Huc item sanguinem ita purum esse talis virtutis obiectum, & insuper materiam membrorum omnium, quorum finis est efficiere substantiam partiale sibi similem. Iam vero potentia generativa est efficiere semen, quo mediant viuens sibi simile producit. Atque haec omnia solum habent locum in animalibus perfectis habitibus sanguinem, humoresque alios, ac perfectum modum nutritionis. At in alijs viuentibus imperfectis, quales sunt plantæ, tot transmutationes non intercedunt, quia non indigent alimento. Ideo elaborato: est tamen credibile, reperi in eis aliquid proportionale sanguini, id est, substantiam tenuem, & fluidam, in quam alimentum conuertatur, ut omnibus membris applicari possit, & in eorum substantiam conuerti.

## CAPUT V.

Virum sanguis sit tantummodo nutrimentum, an vero etiam substantia sit animata.

<sup>1</sup>  
Chylus for-  
mam pro-  
priam sub-  
stantiam,  
habet, non  
tamen vi-  
uentem.

<sup>2</sup>  
Pars affi-  
mativa que-  
stionis ha-  
detur Ar-  
istoteles, &  
D. Thomas  
author.

Dicitur in primis capite precedentis nutrimentum proximum à medio, & remoto. Ac de remoto quidem nihil dicendum superest, quod ad hanc scientiam pertinet: de medio vero quod est materia chylis diximus satis in lib. 6. de generatione, est enim cibus imperfecte coctus. Solum est obseruandum in illa coctione fieri transmutacionem substantiam, chylumque recipere nouam formam, ut Albert. docet tract. 2. cap. 8. imo & Aristoteles 2. de partibus, cap. 3. patetque ex magna alteratione in ipso facta, illa tamen forma viuentis non est, sed cuiusdam liquoris, in quem resolutur alimentum, ut facilius tandem conuerti possit in substantiam alii. Ratio vero est, quia cum sit tanta diversitas inter cibum, & animal, non potest prima decoctione fieri tanitus ab uno ad alterum.

Ex ultimo igitur, & proximo alimento, quod est sanguis, dubium graue restat, an tantum alimentum sit, an etiam pars, qua totius viuentis anima informetur. Hoc secundum suaderur ex Aristotele 2. de partibus, cap. 2. vbi ait, sanguinem esse partem hominis, seu animantis, & 3. de hist. cap. 19. scribit dum animal viuit sanguinem animali, & feruere. Idem insinuat D. Thomas 3. part. quæstion. 54. articul. 3: ait enim sanguinem esse de veritate humana naturæ, quod autem de veritate humana natura est, humana anima informari videtur. Idem ait in 4. distinet. 14. art. 2. quæstion. 2. ad 2. Ex ratione probatur primo. Nam sanguis

augetur, & nutritur: ergo viuit. Secundo hec est animatum: ergo & sanguis. Pater consequens: quoniam sanguis efficit actione hepatis, omne autem agens effectum sibi similem causat. Tertio: anima informat quæcumque necessaria sunt ad conservationem viuentis, huiusmodi autem est sanguis: ergo quanto in corporibus resurgentibus erit sanguis, & in Christo Domino fuit virtus diuinitati: informatur ergo anima rationali. Probatur consequentia. Nam Christus Dominus solum a sumptu naturam ex anima, & corpore compotam: eademque tantum manebit in resurgentibus: quare, &c. Propter haec argumenta Cai. 1. p. q. 119. a. 1. & 3. p. q. 5. art. 2. Conrad. 1. 2. q. 54. Afluillio: de generat. quæst. 15. art. 2. a. 1. & moderni alij, partem hanc amplectuntur.

Oppositorum tamen, id est, non informari anima sanguinem, tenet Durand. in 4. d. 10. q. 1. Capit. 4. d. 44. Soto ibi a. 3. & multi ex Medicis, & Philosophis hoc sequuntur. Sylvestr. in rota aurea, tract. 3. quæst. 30. ait utrumque esse probabile. Alij tamen distinguunt duplum sanguinem, nempe nutritum. Comit. talem, & alijs pertinentem ad perfectionem humanam naturæ, quam distinctionem posuit D. Tho. mas quoddl. 5. a. 5. voluntque nutritram sanguinem non informari anima, alijs vero maxime. Alij alter distinguishingunt, quod alijs sit sanguis necessarius ad conservationem hominis, si manu, qui in venis continetur, huncque aiunt informari anima, alijs vero superfluous, qualis sanguis menstruus in foeminis, & hunc minime informari. Alij tandem distinguishingunt, quod sanguis quidem in venis non animetur, in arterijs autem viuat, sed distinctiones haec minorem probabilitatem habent in praesenti.

Sciendum est ergo quæstionem hanc non esse speciale de sanguine, sed communem de quatuor humoribus, nam omnes necessarii sunt ad conservationem viuentis, licet non omnes eodem modo deferuant in alimentum, & quoniam quæstio affinitatem habet cum alijs theologicis, supponamus quæ certa sunt in Theologia, cui philosophia debet famulari. Primo ergo certum est, sanguinem Christi Domini fusse hypotheticum Verbo diuino, in quo omnes Theologi conueniunt, vno excepto Durando. Nam scriptura sanguini Christi Domini tribuit redemptionem nostram, tanquam pretio infiniti valoris. Non corripitibilibus auro, & argento, inquit Petrus epist. 1. c. 1. sed pretioso sanguine, &c. Et Paulus ad Hebreos ultimo, Propter quod, & Iesus, ut sanctificare per suum sanguinem populum. Et 1. Ioan. 1. Sanguis Christi emundat nos. Et ideo in Extrauagante Virginitate de Christi & remissionibus, ait Clemens Papynam Christi sanguinis guttam ob viuionem ad Verbum sufficere potuisse pro redemptione humani generis: quapropter sententia Durandi erronea est. Secundum est supponendum Christum in resurrectio ne assumpisse sanguinem, quem in passione effuderat, qui quod semel assumpit, nunquam in perpetuum dimisit. Hinc in consecratione calicis ex vi verborum vinum vertitur in sanguinem Christi, cui ut diuino sanguini adoratio latrix debetur: si autem in corpore Christi nunc de facto in calo non esset sanguis, non esset etiam in ipso calice, quod est hereticum. Tertio est supponendum in omnibus corporibus resurgentium futurum posse pri sanguinem sicut existit in Christo, qui nostrum est quæ exemplar.

Ex quibus colligitur, sanguinem esse necessarium ad perfectam organizationem, & integratem corporis humani, & non solum in alimentum, nam in corporibus resurgentibus non deficeriet, ut alimentum, quia seminatus corpus animalis resurget autem spirituale, 1. ad Corinth. 15. id est,

SVARE Z.  
de Anecdosis op-  
eris 6. dictum, et  
animata.

ETONI TOM  
111  
111  
111  
111  
111  
111

D. N. 2

non indigenis eorum, quae pertinent ad vitam animalium: deseruerit ergo ad integratatem corporis, nam in statu gloriae solum restaurabitur in corpore, quod necessarium erit ad illius perfectionem. Ex quo vltius colligitur sanguinem duplex habere munus in nobis, aliud alimenti, aliud fons humoris, & conservantius corpus, quod D. Thom. in 4. d. 44. q. 3. art. 1. quæstiunc. 3. ad 3. exponit exemplum elementorum, quae in vnuero habent munera similia. Nam & sunt materia ex qua generantur mixta, & pertinent per se ad integratorem vniuersi. Prima igitur opinio attendens secundum munus sanguinis credit illum esse veram partem corporis, quae informetur anima. Secunda vero attendens in sanguine rationem alimenti iudicavit oppositum esse verius, quoq; contra rationem alimenti sit forma alii informari.

His ita positis sit prima conclusio. Neque sanguis, neque aliquis ex reliquis humoribus informatur anima. Primum colligitur conclusio ex Aristotele locis citatis capite precedentibus, & ex 2. de partibus, cap. 3. & libr. 3. cap. 5. vbi ait sanguinem esse materiam corporis, & potentiam meum brum, ac comparat illum aqua irriguæ, quæ per varios ductus, & riuelos in olera mittitur. Idem habet D. Thom. in 3. dist. 3. q. 5. a. 1. & 1. p. q. 119. art. vltim. inquit alimento non converti in substantiam hominis usque ad quartam digestionem, sanguis autem fit in secunda, & tertia: & 3. p. q. 31. art. 1. ad primum docet corpus Christi fusile formatum ex sanguine beatissime Virginis sine corruptione alicuius partis corporis virginis, quia sanguis, inquit, non est humani corporis acta, sed potentia. Sunt, qui respondunt fusile formatum ex sanguine menstruo, sed absit hoc, sicut enim factus ex purissimo sanguine, ut D. Damasc. citatus à D. Thom. 3. p. q. 32. art. 4.

Secundo arguitur rationibus. Sanguis est alimento: ergo non est adhuc transmutatum, sed transmutabile in substantiam alii. Responderi potest sanguinem non substantialiter transmutabilem esse in alium, sed accidentaliter, quia diversis membris applicatus diversas illorum dispositiones recipit, forma substantiali eadem manente: sed hoc contra rationem alimenti est, quod in principio dissimilis naturæ esse oportet, teste Aristotele 2. de anima, text. 45. & 1. de gener. tex. 38. Item quoniam alias quandocumque pars aliqua in suis dispositionibus mutaretur, alimento recipere, quod est absurdum. Præterea simili ratione dici posse chylum esse partem animantis, cuiusque informari anima. Ad hanc ex sanguine lac, & semen conficunt, quæ nequit quan pars sunt ipsius animalis, cum non informantur anima: multo ergo minus & sanguis. Denique in sanguine, & alijs humoribus non inuenitur operatio: ergo neque animæ informatio. Antecedens patet, tum quia neque sentiunt, neque continuantur cum parte sentientiæ, vt constat experientia, docetque Aristoteles 3. de historia cap. 19. Tum quia non nutritur, sed per additionem crescent, sicut aqua. Respondent vero nonnulli humoris informari anima non quidem vt anima est, sed vt est forma. Verum contra ordinem naturæ est dari animam, vbi nulla operatio animæ appareret, natura enim uniuicuque reiproprietate operationes illi conformes.

Tertio principaliter arguitur experientia. Nam sanguis à vena continuo defluxu erumpit: ergo totus est eiusdem speciei: habetque eandem formam: at extra venam non informatur anima: ergo neque intra: putare autem quod in ipso exitu mutet formam, discontinueturque ab existente in corpore, fruolum est, ac contra experientiam. Et

Franc. Suarez de Anima.

confirmatur. Nam sanguis in vena, sicuti in vase continetur, vt Aristoteles dixit, ac proinde non est continuus partibus corporis: ergo non informatur illius anima. Confirm.

Dico secundo. Sanguis necessarius est ad integratatem animalis, non solum ut alimentum est, sed etiam vt sanguis est. Hæc patet ex distis, ac tur

præterea, quia humores alij, quamvis alimenta non sint, requiruntur tamen ad conseruationem amplius.

animalis: ergo multo melius sanguis. Notandum

ergo est in animali quasdam esse partes tanquam

instrumenta actionum, alias quasi materiam actionum quarundam, alias, que fount corpus, & à contrariis defendunt: alias vero, quæ deserunt ad ornatum, & pulchritudinem tortus corporis:

humores ergo dati sunt ad animantis conseruationem: nam cum diuersas habeant qualitates,

conseruant corpus in debito temperamento: sic

sanguis caliditas sua fount corpus, humiditate

vero temperat, & quasi irrigat: similiterque alij

humores, qui præterea necessarii sunt ad excitandas passiones, ac deseruire possunt etiam ad ornatum ipsiis quoq; beatis, repletq; locum sibi debitum in corpore ex natura sua. Et per hæc patet so-

Sat. obi-

lutione quartæ rationis supra factæ n. 2. concedo ceterationi

nim sanguinem esse de veritate humanae naturæ, quæ in

ideoque fuisse assumptum à Christo Domino, & n. 2.

præterea alia speciali de causa, nempe, vt esset pre-

rium redemptionis nostræ, non ideo tamen omnia,

quæ sunt de veritate humanae naturæ, infor-

mantur anima, sed illa solum, quæ aliquam ope-

rationem vita participant, & ex his patet falsitas

illarum distinctionum de sanguine num. 3. adducaturum: nam totus sanguis eiudem est rationis,

vt patet ex colore, & alijs accidentibus, differen-

tia feræ consistit in maiori, vel minori illius defæctione.

Ad argumenta. Ad primum locum Aristotelis

responderi loqui ilium de parte late, prout com-

At authori-

prehendit omnia quæ sunt intra hominem, & de-

seruant ad illius conseruationem. Vnde etiam lac flosculi in n.

ibidem vocata partem. Ad secundum locum dic 2.

antiquos calorem naturalem appellasse animam,

vt Aristoteles notat 2. de partib. Anim. c. 7. & seqt.

27. problematum q. 10. appellat calorem quasi ani-

mantem: illo ergo loco seruauit hunc loquendi

modum, vt sanguis, quia semper est calidus, ani-

matus dicitur. Vel dicito Aristotelem non velle

sanguinem esse de facto animalium, sed in fieri, hoc

est, per continuam nutritionem viventis anima-

ri. Ad primam rationem negatur antecedens. Ad

secundam falsa est consequentia, eodem enim ar-

gumento probaretur chylum informari animam,

quoniam ventriculus, à quo fit, sic informatur: di-

scendum ergo decoctionem illam non esse perfe-

ctam usque ad ultimam assimilationem. Vnde

post formationem sanguis indiget hepar actione

alii, vt eo succo se nutrit. Ad tertiam neganda

Ad tertiam

major. Ad quartam responsum est numero pra-

cedenti. Infers: ergo sanguis compositus est ex for-

ma substantiali, & materia: ergo habet propriam,

& distinctam naturam integrum: ergo assumpsit

Christus duas naturas. Respondetur questionem

hanc esse de nomine: neganda ergo ultima conse-

quentia, quia sanguis non censetur per se natura

completa, quia per se est ordinatus ad integrati-

tem alterius naturæ: Christus ergo assumpsit per

se naturam humanam, & consequenter omnia,

quæ ad illam consequuntur, vnde neque di-

cetur Christum esse sanguinem,

sed hominem.

)(

H 2

CAP.

## CAPUT V.

*Virum nutritio sit omnibus viuentibus necessaria ad vita conseruationem.*

**D**iximus de obiecto vegetatiæ potentia, dicendum sequitur de actionibus illius, quæ duæ sunt, nutritio, & generatio: nam augmentatio, quæ annumerari solet, tantum ratione distinguuntur à nutritione, ut alibi dictum est, alia vero actiones, ut tractio, expulsio, &c. omnes deferunt illis duabus, neque de illis dicendum aliquid superest. Videaturigitur pars questionis negatiora vera: primo, quia nutritio potissimum est data viuentibus à natura ut per illam acquirant perfectam quantitatem: ergo illa acquisita, cessat eius necessitas: ergo non est simpliciter, ac semper necessaria. Secundo, quia dantur multa viuentia, quæ nutrificatione carent, ut semen. Tertio, quia per nutritionem potius mors causatur: ergo non est necessaria ad conservationem vitæ. Quarto. Vita essentialis consistit in unione animæ ad corpus, hæc autem vno conseruari potest cessante nutritione: ergo, &c. Patet minor, quia nulla forma separatur à materia propter cessationem ab operatione, sed actione potius agentis contrarij: ergo neque anima.

**2** De actione nutritiæ quid sit, & quomodo fiat, alijsque ad illam pertinentibus dictum est in libris de generatione, solum hic superest dicendum de necessitate illius, & demodo, quo ex ipsis defectu causetur corruptione: sunt autem in hac actione duo. Primum alteratio prævia disponens materiam. Secundum conuersio cibi in substantiam animalium. Aut ergo nonnulli viuens conseruari non posse, nisi perpetuo aliquid conuerterat in substantiam suam. Ita Nymphus, de generatione, capite 5. dub. 5. Alii volunt nutritionem quantum ad alterationem præviam esse semper necessariam, non quantum ad substantialem conuersationem alimenti, & ita exponunt Aristotelem pronuntiantem viuens ratiū vivere, quandiu nutritur.

**3** Dico primo. Viuens statim à principio vitæ incipit disponere alimento, non tamen id conuertere, nisi transacto, aliquanto tempore. Probatur quia alimento non potest conuertere in substantiam alii nisi disponatur, debet autem disponi in tempore, quia in instanti ob contrarietatem, seu resistentiam disponibilis alimenti: ergo præcedit tempus aliquod ante substantialem conuersationem, ergo eo saltē tempore existit viuens absque actuali nutritione substanciali.

**4** Dico secundo. Postquam viuens caput substancialiter nutrit, non necessario eam actionem continuit, sed potest aliquanto tempore viuere illa cessante. Probatur primo, quia in principio generationis potius viuens (ut ostensus est) conseruari aliquantulum absque illa actione: ergo & poterit in discursu vitæ, quia non magis requiretur actione in progressu, quam in principio. Secundo patitur experientia: nam licet homo cessest à cibando dies aliquot, non continuo moritur, quoniam debilitas aliquanto, tunc autem cessat à conuersione alimenti, cum nullum habeat, immo propriam substantiam consumat. Ergo, &c. Præterea contingit aliquando debilitas, adeo vim nutritiæ, aut cibum tam esse disconvenientem, ut non possit conuertere in substantiam alii: cessabit ergo tunc propria nutritio. Atque hanc conclusionem intendit Philosophus 5. Physicorum, text. 23. dum ait, continent moysi quod minimum intermit. Quia videlicet nihil obstat nutritionem, v. g. parumper cessare, quoniam dicatur viuens semper nutriti dum vita durat: consentiuntque ibidem D. Thomas, & Themist.

Dico vero tertio. Cessatio à conuersione alimenti diuturna esse non potest absque corruptione viuentis. Ita offendit experientia, sed viratio, ostendatur, est aduentum, quarior aſsignari causas mortis. Prima est continua actio calidæ humidum. Sectunda reac̄tio cibi, & excrementationum. Tertia actio medij contrarij circumstantiarum. Quartæ continua labor proueniens ex actionibus corporis, & intensus calor, qui aliquando inde excitatur. Ita Auicenna Fen. primi cap. de temperamentis. Atenim tertia causa communis etiam est rebus inanimatis. Quarta vero neque est cunctis viuentibus communis, neque inservit illis: duæ vero reliquæ intrinsecæ sunt, & proprie, quæ Aristoteles tradidit lib. de morte, & vita, & de longitudo, & breuitate vitæ, quoniam Galeno non placebat lib. de Marcop. cap. 3. vbi ait esse impossibile, quod calor, qui viuentia generat, conferat, & auger, eadem corruptat. Si enim alia quantumvis dissimilia viuenti aſsimilat quomodo defruet ipsum viuens? Respondebitur fortasse exemplo ignis consumens materiam ignis, quoniam aliquo tempore ipsum conseruet: hoc tamen exemplum ostendit potius difficultatem: nam si ignis cum suo calore ibi relinqueretur, ac contraire aer non aderet, non corrumperetur plane, et iam si materia deſſet: idem ergo erit de calore viuentis, atque adeo per se loquendo posset viuens conseruari diu citra nutritionem.

Ergo aduentum secundo, radicem illius necessaria corruptionis viuentium esse compositionem heterogeneam eorum, habent liquidem cœda, partes diuersarum dispositionum, ita polulante varietate operationum vitalium, ynde in quibdam predominatur frigiditas, in alijs vero calor, quo fit, vt continua pugna detur inter ipsa membra: atque adeo licet abesse extrinsecum corruptum, ipsum viuens ex se deficerit, quia non seruit, nisi partes eius sint debite dispositæ, ipsa vero inter se pugna à debita dispositione decipiuntur. Tertio est notandum, quod vita animalis specialiter dicitur consistere in calido, & humido, quia omnia membra viuentis calore conseruantur, & semper viuens habet partem aliquam determinatam, in qua calor viger, nam quia hec viuentia continuam habent actionem, & reactionem intrinsecam, data est illis à natura specialis virtus aſſendi, & restaurandi id, quod depeditur illa actione: hæc autem virtus præcipue exercetur calore, ut infra dicimus: quia vero calor est consumptius humiditatis valde necessarius ad conseruationem viuentium: ideo actio hæc viuentis specialiter dicitur esse calidi in humidum. Vnde notandum ultimo, quod cum calor hic viuentium semper agat, nisi applicetur extrinsecus materia, id est, alimento, actionem conservet in ipsa viuentis membra, consumetq; eorum humidum. Hinc enim experimur aullam radicem arborum breui arescere: intrinseco scilicet calore absumente humidum attenuanteque, ac reflorente illius substantiam, atq; ita tandem vel ex defectu materiali, vel humoris viuens corrumpi: hæc ergo est ratio, quare viuentia deficiant ex defectu cibi, conquerentesque nutritionis. Dices: ergo si nunquam deficiat alimento, nutritio, ac viuens perpetuo propagari tamen nimium potest ratione optimi, moderatique alimenti.

SVARE Z  
de Anecdosis op  
eris 6. dictum, et  
anima.

LEONI TOM  
III  
1811  
1811

D. N. 2

Pro parte  
negativa ar-  
guitur.  
primo.

Secundo.  
Tertio.

Quarto.

Querenda  
fentia in  
presenti ca-  
pice.

Prima af-  
fertio pro-  
batur.

2 Affertio  
probatur 1.  
ratione.

Secundo ex  
perimento.

Accedit Ad  
rationali.

Ex quo etiam colligitur, multiplicitate continere mortem naturalem: ex defectu humidi, ut quando arescit lignum; ex defectu nutrimenti, ut si quis fame periret: ex defectu caloris adeo debilitati, ut nihil iam possit conuertere alimenta, tunc enim extinguitur ab excrementis, aut frigiditate aliorum membrorum, sepe tandem mors accidit caloris ipsius experientia, sepe namque praeter naturam, acceditur cibo, vel immodica exercitatione, innumerisque alijs agentibus, que nos perpetuo transflant, ut ait Plato in dialogo de natura. Colligitur etiam ex dictis, cur viuentia habeant certas vita periodos, & cur alia breviori, alia longiori tempore viuant. Nam quoniam deficitur ob intrinsecam actionem calidi in humidum: ea quae melius temperamentum habent harum qualitatum, ex se longiorem vitam habent, ac quae multum calor, & humiditas habent, diu possunt viuere, et si non, quam contingat ex causis alijs, ut quae deterius habent temperamentum longius viuant, propter commoditatem videlicet ciborum, vel habitationis, qua de re Aristoteles I. de longitudine, & breuitate vita. Ex his ergo patet fatus probatio conclusionis: neque vere est inconveniens: quod calor conseruans viues corruptum illud, ut superius Galen. arguerat: conservat enim per se, corruptum vero per accidentem, quia vel ab extrinseco nimium exuberat, vel nimium diminuitur, vel certe quia debet ipsa eius materia, seu nutrimentum, quo fit, ut acriornia suam conuertat in ipsum viuens, quapropter simile non est, quod de igne adducitur, qui ex contrariis partibus, sicut viuens minime constat.

Et hinc ad primum ex initio positis respondetur actionem nutrimentalem non esse tantum necessariam ob augmentationem, sed simpliciter propter viuentis conseruationem, quaque etiam augmentationi deseruit. Ad secundum de semine diximus in secundo Physicorum, dicemusque plura cap. 12, vbi solvetur apertius argumentum. Ad tertium patet ex dictis solutione. Ad quartum responderetur, viuens non pendere a nutritione, tanquam a causa per se, vel tanquam ab operatione tantum, sed tanquam a viare stirandi deperditum, restoratione autem cessante tantisper, non illico perire viuens, quamvis incipiat in corruptionem tendere.

## CAP V T VII.

## Virum generatio sive propria actio viuentium.

**V**Idetur pars negativa vera, quia talis actio neque conuenit solis viuentibus, cum ignis sibi simile producat, neque etiam omnibus, cum multa fine viuentia, quae vim non habent generandi: ergo non est actio viuentium propria. Confirmatur. Nam viuentia spiritualia sibi similia non generant: ergo neque materialia. Quae minus perfecta sunt, ex gradu viuendi potentiam generandi vindicant, sed fortasse aliunde. Et hinc etiam apparet falsum, quod ait Aristoteles generationem esse naturalissimum opus viuentium: nam magis naturale est, quod omnibus inseparabiliter conuenit, quae est nutritio.

Dico primo. Licet generatio substantialis significet cuiusvis substantiae productionem, attamen peculiari quadam ratione est propria actio viuentium. Ad probationem notandum est viuentia in generando sui similia, speciale quidpiam habere, ex quo haec actio illis specialiter tribuatur, generant enim vitali quadam modo per decisionem propriæ particulae, id est, seminis, nam sicut nutritio à propria, atq; improppria abstracta commun-

nis est viuentibus, ac non viuentibus, vt tamen dicit actum vita, propria est vegetabilium, ita generare absolute commune est non viuentibus, fierique potest per meram actionem transeunte cum sola mutatione extrinseci patientis, quod tamen vitali actioni repugnat: at generatio propria fit, ut dixi, per decisionem aliquius particula ex propria substantia generantis, in qua residet modo aliquo virtus illius.

Vnde viuentium generatio (ut rem pro praesentia loco breuiter attingamus) definitur a S. Tho. I. p. De definitione q. 27. a. 2. & de anima. lec. 7. tex. 35. Emanatio, seu origine alicuius viuentis à principio viuentem coniunctam presso in similitudinem naturæ specificæ. Quare definitio laetitia perfectorum, eo illius productio ei est magis intrinseca, & quo imperfectorum, est magis extrinseca. Vnde in Deo qui perfectissimus est, productio ad intrinsecam ipsum identificatur, sive actiù, sive passione ipsam consideremus, atq; Filius qui perfectissimo generationis modo à Patre producitur, in illo manet, & eiusdem substantiæ est cum illo, (distinctus tamen in persona quod abs ipsali distinctione non potuerit esse vera generatio) at inanimata circa res mere extrinsecas agunt, viuentia vero in generali aliquid distinctum à se producunt in persona, & natura, & rem numericam, in quo quidem à perfectione deviant diuina, non producunt tamen illud ex aliena, & omnino extrinseca substantia, sed ex propria, videlicet sanguine, aut humore aliquo simili, ut in plantis, ex quo virtute propria semen elaborant, cui vim imprimunt ad generationem perficiendam, propter quod dicitur

emanatio hæc est à principio vite coniuncta, tum etiam quia fit ex parte aliqua viuentis, quae illi fuerat coniuncta: debet autem talis generatio esse in similitudine naturæ ex vi ipsius actionis, nam productio vermis, quæ fit per accidentem ex putredine, vel superfluitatibus alterius viuentis, non est propria generatio, de qua hic loquimur, neq; naturitas, quæ vt talis fit, vniuoca esse debet, atq; in eadem natura saltem specifica, quod si fuerit in eadem natura numericâ, multo erit perfectior, sed talis generatio foli Deo conuenire poterit, atq; ita manet probata conclusio.

Dico secundo. Huiusmodi actio non dicitur propriæ viuentium, quod conueniat omnibus, sed eius solis. Hæc est Aristotelis lib. 2. de anima, ac partim assertio, quia non omnia virtutem generatiuam habet Aristotele. vt dicitur c. 10. Dico tertio. Generatio sui similis est naturalissimum opus viuentium. Hæc ponitur ab Aristotele, sed quo sensu, vel qua ratione illam astruat, minimè constat. Quidam interpretantur primus sensus absolute naturalissimum non comparative, sed quasi dictum circa proximitatem naturæ, seu ad quod plurimum natura manet inclinat. Ita Apollinaris illo loco text. 35. Quæ ex actionem, postio fortasse vera est, sed quia clara à multis rejecta. Alij ergo omnes putant comparationem secundus fieri ad alia opera viuentium, sed quidam volunt sensus comparationis inter sola opera vegetativa partis, inter quæ paratiuas. Generatio naturalissimum opus dicitur, quia est aliquis dictum perfectissimum, cum sit productio substantiæ totalis, ac requiriens generans in statu perfecto, nutritio vero fit partialis aggreditur, hocq; à viuentibus etiam imperfecto ordinatur item ad conformatiōnē induidui, quod est bonum particulare: generatio vero ad conformatiōnē speciei, quod est bonum commune, atque adeo excellentius, 1. Ethic. c. 2. Addunt præterea, quod generatio finis sit nutritionis, & augmenti, nutritur enim animal, & auguetur, ut ad perfectam quantitatatem producatur, perfectaque operationes exerceat, inter quas prima est, sui similis generatio. 4. Meteor. c. 3. & 2. de anim. text. 49. scribit Aristoteles generatiōnem esse finem animæ vegetabilis, quod verum

Francisc. Suarez de Anima.

H 3 appa-

apparet, nam finis arboris, v.g. est procreatio fructus, atque hoc est expositio communis Themist. Philopon. & Simplic. Auerr. S. Thom. lection. q. 2. de anim. text. 39. & 1. p. q. 72. & q. 38. a. 2. & g. 2. de Anima, text. 34. & aliorum.

<sup>5</sup> Alij vero exponunt opus generationis esse naturalissimum, quia ad illud prae reliquis natura inclinat non extenuat sed intensificat: naturalius extenuat appellant quod pluribus conuenit, quoq; ne accipiatur.

Alij vero exponunt opus generationis esse naturalissimum, quia ad illud prae reliquis natura inclinat vehementius, & hoc modo accipiunt, naturalissimum, quia ad illud maximè inclinat natura tamquam ad commune bonum, quod naturaliter semper magis appetitur, quam particulare, sicut lapis deserit locum proprium, vt replete vacuum, ita Paulus Venetus cit. text. 34. & Caiet. addens comparatione hoc modo facta inter operationes viventium etiam sentiendi, & intelligendi generationem est naturalissimum opus.

<sup>6</sup> Sed hæc omnia parum satisfaciunt, in primis <sup>Allati in suis</sup> enim minime credo naturam magis inclinari in <sup>improbatur</sup> opus generationis, quam nutritio. <sup>Es utræquæ enim</sup> tum quod nō actio ordinatur ad conservacionem speciei. Quod sit maior inclinatio ad generandum, quam nutritiendum.

Ita probatur, ideo generatio data est ad conservacionem speciei, quia tendit ad productionem alterius individui in ea specie, sed etiam nutritio est ad conservacionem speciei: ergo hac ex parte aquilis est inclinatio naturæ: ex alia vero superat nutritio, cum per eam conseruetur species in proprio individuo, per generationem vero in alieno: at magis appetit res conservationem speciei in seipso quam in alia, nam amabile quidem bonum (inquit Aristoteles) p. iunq; autem proprium: unde bonum commune solum prefertur particulari, quando non confat simus, quod si particulari bonum includat aequaliter bonum commune, profecto magis appetit natura id particulari: quam commune aliud si enim lapis replere vacuum posset, descendendo potius inclinabitur ad replendum, quam ascendendo. Neq; experientia aliud ostendit, secundum quam videri posset delectatio generationis, vt numero precedentem angebat vehementer, & magis allicier, nam communiter non sunt cetera paria, appetitus enim nutritionis, & generationis sunt ita subordinati, vt nō sit posterior, nisi saltatio priore, quando enim viuens non effurit, non multum appetit cibos, tuncque appetitus alter vitiger: attamen si viuens indiget potu, & cibo, non multum curaret de generando, sed maxime appeteret nutrimentum, id quod etiam ratio ostendit. Nam materia seminis est superfluum alimentum, prius ergo viuens defumit quod sibi est necessarium, tum quod generationi: ergo appetitus ille propriae conseruationis est prior, ac maior. Rursum si generatio, & nutritio in perfectione conferantur, non excedit generatio saltem essentialiter: nam sunt actiones eiusdem rationis, ac solum differunt tantum pars & totum integrale, sicut productio ignis, & illius auctio eiusdem rationis sunt, eo vel maxime quod viventia communiter dispositiue tantum concurrunt ad generationem sui similis, atq; vplurimum efficiunt semen: in nutritione vero effectiue inducent in materiam partem formæ, vel formam indiuitibilem in materiam praexistentem.

<sup>7</sup> Autem sensus unus dicitur loco de anima, generationem dici opus naturalissimum viventium, vt pote maxime à natura, pueniens, maxime p. commune rebus naturalibus, est enim generatio absolute dicta commune opus totius naturæ, & ideo viventia in generando maxime assimilantur rebus mere naturalibus, unde Aristoteles postquam dixit generationem esse na-

turalissimum opus, rationem subdidit: quia tunc appetit perpetuo conseruari, quæ sane ratio communis est rebus omnibus naturalibus, ac corruptibilibus. Potest etiam dici naturalissimum, quia est maxime necessarium ad conseruationem viventium. Nam quia nutritio non erat sufficiens, addita est generationis non tanquam finis nutritionis, sed potius ut supplens defectum illius, & vplurimum se habet ut extrinfecus finis.

Ad argumentum in principio patet solutio ex dictis. Ad confirmationem responderetur viventia separata non posse generare sibi similia propter eorum excellentem perfectionem, quæ non nisi per creationem esse potest. Neq; vero indiquerum generatione, quia incorruptibili sunt. Interesser, <sup>deinde</sup> viventia materialia habent actionem, aliquam <sup>per actionem</sup> perfectiore in quacunq; angelica, substantia scilicet. <sup>Postea</sup> liceat productionem: ergo habent naturam perfectiore, siquidem illa est natura perfectior, quæ perfectiore habet operationem. Responderetur <sup>deinde</sup> comparationem non recte fieri: eo quod inter res diuersarum rationum fiat, veluti, si substantiam corporalem compares accidenti spirituali. Absoluta tamen dicendum, sicut forma substantialis perfectior est accidentalis, ita & actionem immediate productivam substantiam, quantum ad entitatem suam, esse perfectiore actione productiva accidentis: eiusmodi vero actionem non arguere magnam perfectionem in operatione cum perfectio rei attendenda sit ex substantia illius, quod si operationes consideres, tunc attendenda sunt illæ, qua virtutate sunt proper perfectionem rei, quæ operatur, ac potissimum etiam est attendendum modus operationis: in his a. duobus excellunt maxime operationes viventium separatorum: quare, &c.

## C A P V T VIII.

Quo modo, &amp; ordine perficiatur generatio.

In hac questione duo videnda sunt. Primum, animalis introducatur anima geniti in materiam, <sup>Dicitur</sup> an vero successiuè. Secundo, si successiuè, in quas <sup>quatuor</sup> partes prius habet: q; locum questionis in perfectis animalibus, integræque organizationis, nam de plantis, & alijs imperfectis bellis, quæ minimæ organizationem requirunt, minima, aut nulla est dubitatio: quanvis proportionaliter applicari possit, quod de alijs dicemus. Videtur ergo quod fusculum apud Galenum, generationem totam simul perfici, & animam fusculum incipere informare <sup>Si unum</sup> omnes partes animalis. Ratio eorum est, quia <sup>o-</sup> prima <sup>animalis</sup> membra corporis sunt sibi inuicem deservientia, neq; vnum sine alijs possit perfecte exercere suum munus: ergo, cum anima vnitur corpori ad exercendas actiones suas, debet toti, & singulis partibus fusculum vniiri, vt omnibus illis vti perficie possit. Alijs videtur partes quasdam animalis ante alias generari. Est siquidem mos naturæ, vt ab imperfeto ad perfectum procedatur: ergo prius quam integrum vivens constitutur, generatur aliqua pars, cui successiuè addantur membra alia, vt fetus perficiatur, atque ita in plantis experimur. Nam prius radices emittunt, deinde paulatim pullulant. Ars etiam, quæ futuram imitatur, ita procedit. Sic vero opinantes divisunt: nam Galenus, & Hippocrates, quibus multis ex medicis consentiunt, afferunt primum omnium generari hepar, quod in hoc membro sit prima radix nutritionis, vt pote prima operatio in vivente necessaria. Alij vero, vt Aristoteles, & Avicenna, credunt cor primum omnium generari, quod sit membrum potissimum, à cuius influentia, & vitali calore membra reliqua dependent, eaque sublata animal subito moritur: ergo necessarium

SVARE Z  
de Anecdosis, op  
pp. 6. dictum, et  
animæ.

IV. TOM  
III.  
1. PART

Tum quod  
generandi  
actus non  
excedat ef-  
fertiliter  
actum nu-  
trienti.

Autem  
sensus unus  
dicitur.

<sup>2.</sup> Affertio.  
necessum est ante omnia generari. Pro resolutio-  
ne notandum, aliud esse loqui nos de modo, & or-  
dine, quo partes corporis fabricantur: aliud de  
modo, & ordine, quo anima eas incipit infor-  
mare.

<sup>3.</sup> Affertio.  
Prima conclusio. Animant corpora fabri-  
cantur successivè. Hanc probat argumentum se-  
cunda opinionis. Accedit, quod virtus feminis li-  
mitata sit, & finita: non ergo poterit in eodem in-  
stanti componere tot, ac tam diuersa membra, id  
quod etiam comprobaret experientia.

<sup>3. Affertio</sup>  
Secunda conclusio. Hepar ante omnia membra  
fabricatur, ab illoque proceditur ad cor, à corde  
ad cerebrum, tum simul sunt membra alia, quæ  
hinc principibus deferuntur. Ad probationem  
suppono, in viuentibus, de quibus agimus, tripli-  
cem esse virtutem: naturalem, seu nutritiū: vi-  
talem, que consistit in continuo mutatione pul-  
sus: ac sensituum. Prima reficit in hepate prae-  
cipue. Secunda in corde. Tertia in cerebro, qua  
anima inferius probabuntur. Prima deinde imper-  
fectior, & quasi fundamentum aliarum. Secunda  
vero perfectior quam prima, imperfectior autem  
quam tertia: & qua ad illam consequntur. Proba-  
tur iam conclusio. Processus naturæ ab imperfecto  
est ad perfectum, atq; ab eo quod se habet, vt fun-  
damentum, tends per medium usque ad com-  
plementum rei, sed hepar est imperfectius inter  
hac membra, quasi fundamentum aliorum, cor  
vero medium, cerebrum rationem ultimam habet:  
ergo constitutio eiusmodi membrorum ordine pre-  
scripto procedit. Confirmatur primi. Quoniam  
natura semper incipit à facilioribus, hepar autem  
faciliè fit, quia imperfectum est membrum, so-  
lam ferre coagulationem sanguinis requirens, cor  
vero quia meliores dispositiones ac maiorem or-  
ganizationem vindicat, difficulter fortificatur, mul-  
to tamen facilius quam cerebrum, quo innumer-  
a habet organa, compositionemq; mirabilem: er-  
go, &c. Confirmatur secundi, quia experientia o-  
stendit inanimantia in principio vi nutritiū pol-  
lere sensitua existente adhuc imbecilli, vitali au-  
tem mediocri, quod signum est in generatione  
seruatum fuisse talem ordinem. Aliam experien-  
tiā adducit Hippocrates lib. de natura infantiis  
de muliere, qua foetus emitit fabricato hepate tan-  
tummodo.

<sup>4.</sup> Circa secundum de ordine animationis, & in-  
ductionis animæ sensit Aristoteles secundum de ge-  
nere varia generatione animalium, cap. 3, primi introduci animam  
vegetatiū, deinde sensitū, & vltimi ratio-  
nalem, quem sequitur D. Thom. i. p. q. 118. 4. 2. ad se-  
cundum, & questione 76. art. 3. ad tertium, & de  
potentia questione 3. art. 9. ad nonum: explicat ve-  
rō de prioritate temporis, idemque videtur sequi  
Albert. Magnus tertio de Anima, ad finem, cap. vlti-  
mo, & Thomistæ communiter. Alij volunt ante  
infans introductionis anima vltimæ in toto tē-  
pore organizationis non introduci aliquam ani-  
mam in embrio: quosdam vero motus in illo  
apparentes fieri, vel ab anima matris, vel à forma-  
ria feminis, que remanit: animam ergo ingredi  
in corpus iam perfectè fabricatum. Ita Alensis 2.  
parte quest. 87. memb. 3. art. 6. Alij opinant em-  
brione in principio habere animam vegetatiū,  
qua processu temporis eadem realiter manens fi-  
at sensitū, ac tandem rationalis. Quæ sententia  
recte à D. Thoma impugnat, si intelligat primam  
animam esse essentialiter tantum vegetatiū in-  
flar plantæ, posteaque cuadere sensitū, illud enim  
impossibile est, quia forma non potest tran-  
ferre ab una specie in aliam; si tamen coincidat cum  
opinione sequenti, erit probabilis. Dicunt ergo ali  
cum primū corpus organizatur, statim introduci  
animam in generatione vltimō intentam, v.g. ra-

tionalē, vel equinam, prius tamen exercere ope-  
ra partis vegetatiū, deinde alia: Aristotelem ve-  
rō explicant de prioritate naturæ, aut operatio-  
nis. Ita Albertus Magnus i. de Anima, tractatu se-  
cundo, cap. pen. Marthilius i. de generatione, q. 6.  
ad 5.

Sit tamen tertia conclusio. Hepar prius tem-  
pore animatur, quā alia membra. Probatur, <sup>3. Affertio.</sup>  
quia illius operatio est operatio vitalis: ergo pro-  
cedit ab anima, sed prius tempore exerceat suas ope-  
rations vita hepatis: ergo prius animatur. Mi-  
nor pater, quia formato hepate paulatim proce-  
dit per intrinsecam sumptionem alimenti ad sui  
augmentum, & conseruationem, id autem fieri  
vitali modo plenum videtur, cūm fiat vñiformi-  
ter secundum oportes partes. Et confirmatur pri-  
mo. Nam hepar tunc temporis habet formam ali-  
quam substantialem, aliquamque diuersitatem  
partium, & organizationis: illa ergo forma est a-  
ctus corporis organicus: ergo est anima. Confirmatur  
secundo. Nam processus naturæ est perfectissi-  
mus: optimus autem modus fabricandi corpus  
est ut constituto membro uno principali, statim  
exerceat sua opera vita, vt vitaliter habeat processus  
ad alia membra, qui modus generationis in plan-  
tis apparuit manifeste: ergo, &c. Quarta conclusio.  
<sup>4. Affertio.</sup> Cūm primum cor fabricatur, informatur anima  
sensitū. Nam statim exercet opera talis anima  
continua palpitationem efficiendo, motumque  
pulsus, atque influendo calorem vitalem in cate-  
ra membra.

Quinta conclusio. Probabilis videtur, anima  
qua primū informatur hepar, esse vegetatiū  
tantum, & qua informatur cor, humiliiter esse im-  
perfectam. Probatur, quia anima rationalis, v.g.  
vel alia perfecta, requirit maiorem multo organi-  
zationem, quam sit solus hepar, vel cordis, &  
quocunque horum membrorum deficiente, ita-  
tim anima definiri informare, vt experientia do-  
cet: ergo signum est, non posse informare vnum  
tantum, vel aliud membrum: ergo à principio ge-  
nerationis illa membrana non informatur ani-  
ma perfecta, sed imperfectis alijs animabus, qua-  
si medijs ad introductionem. <sup>5. Affertio.</sup> Circa anima. Con-  
firmatur, quia naturalis ordo generationis est, vt  
procedatur ab extremo ad extrellum, per mediū:  
ergo cum ex materia feminis inanimata debeat  
procedi ad generationem animalis perfecti, con-  
ueniens est ut fiat medijs quodvis animabus  
imperfectis. Dices: ergo in generatione hominis  
prius generatur ex female platta, aut brutum. Re-  
spondetur, ante inflans generationis hominis,  
produci quoddam vivens prædictum anima fo-  
lum vegetatiū, & inde aliud sola sensitū prædi-  
tum, esseque veluti partialia viventia, & quasi vi-  
as ad alterius melioris introductionem, atque a-  
deo non est inconveniens generari illa ex female  
homini, vel equi: an vero dici possint planta, aut  
brutum, quæstio est de nomine.

Sexta conclusio. Probabilis videtur, animam  
perfectam in eodem instanti generationis info-  
mare corpus perfectè organizatum ex membris  
saltem principalibus, quale hepar, cor, atque  
cerebrum. Hec probatur ex precedentibus, pa-  
tetque facile. Nam perfecta anima requirunt  
corpus perfecte organizatum: ergo vt minimum  
requirunt tria illa membra, vt introducantur.  
Item si post generationem aliquod absindatur,  
statim perit animal: ergo non potest absque illis  
membris conseruari: ergo nec a fortiori genera-  
ri. Tandem animalia perfecta animam sensitū  
nam, & vegetatiū perfectam habent: ergo ad  
illarum introductionem requiruntur corpus aptū,  
vt integrum effectum recipiat, seu ( quod idem  
est ) ab anima formetur secundum omnem ipsius

perfectionem, quod non continget nisi haberet animal tria haec principalia membra. Atque in sensu huius conclusionis verum habet opinio prima in numero primo assertens haec membra simili generari, Galenus vero, & Hippocrates iuxta alias conclusiones procedunt.

*Ad Arist.* 1. Aristoteles denique falsum fundamentum ponit, solum cor esse membrum principale. Ad illius

verò ratione respondetur, influentiam cordis esse quidem necessariam ad perfectam operationem animalium perfecti, quam tamen non habet donec perfectam animam obtineat, hepar vero dum sola imperfecta anima informatur, actione cordis non indiget, neque eget pulsus, cum animam sensitivam non habeat, neque item eget calorem cordis, cum habeat sufficientem, & iuvetur a calore matris, ac feminis, quod adhuc durat. Similiter ratione cor dum habet imperfectam animam, habet etiam imperfectum tactum a cerebro non dependentem. Forte autem quis dicat in generatione animalium perfectorum non postulari organizationem cerebri ad introductionem animae, cum non transcendat gradum sensituum, ideoq; poterit in corde introduci. Respondeatur in illo gradu esse perfectam, proindeque indigere perfecta organizatione, qua fine cerebro non consistit.

## CAPUT IX.

## Quae sit potentia nutritiva, &amp; augmentativa.

1. Potentia animae vegetativa, quae vulgo numeratur.

Discutitur prima pars titulus, quoniam sit nutritiva. Opinio 1.

2. Arguitur pro eadem primo.

Arguitur secundo.

Post obiectum, & actiones, dicendum sequitur de potentia vegetativa animae, quae tres distinguuntur, nempe nutritiva, generativa, & augmentativa, cuius divisionis rationem S. Thomas redditus supra, quia viuens in liget principio, ut producatur productum vero necesse est, ut perfectum statum quantitatis acquirat, ac demum, ut in acquisitione conservetur. Ad primum item generativa potentia dirigitur, ad secundum augmentativa, ad tertium nutritiva. De prima ergo videamus, quenam illa sit. Quia in re sunt variae sententiae, quidam autem virtutem nutritivam esse qualitatem ab anima distinctam realiter, & vocant calorem naturalem, & specie distinctum ab elementari. Alij verò calorem esse eiusdem speciei, sed hi solo loquendi modo inter se differunt, conuenient fiquid quod in vegetabilibus præter quatuor primas qualitates ponant aliam que potentia nutritiva dicatur, atque si calor naturalis vocetur, distinctus sit specie ab elementari. Cuius sententia est Themist. 2. de Anima, cap. 18. Philopon. ibid. fol. 49. col. 1. & Alexander, Albertus item tract. 2. cap. 10. à quibus si roges, quoniam sit proprius actus huius potentiae: respondent esse dirigere calorem naturalem ad actum nutritionis.

Hanc opinionem insinuat Aristoteles secundo de generatione animalium, cap. 4. vbi inquit incrementum prouenire a facultate, seu virtute animae, vidento calorem tanquam instrumento, & in 2. de Anima, texu 41. & 50. at animam vegetativam vt duplice instrumento ad suas actiones, quod dicti autores exponunt de potentia nutritiva, & calorem. Ratione probatur primò, nam potentia nutritiva est propria passio animae, sed calor mixtorum vel elementaris est accidentis commune: ergo distinguuntur. Et confirmatur. Nam potentia nutritiva diuersorum specie, est diuersae speciei, calor autem est eiusdem speciei in omnibus: ergo distinguuntur. Secundo arguitur. Anima est elevaria forma, quam forma elementaris: ergo debet vti elevariori instrumento ad suam actionem, nam instrumentum debet proportionari principali agenti: ergo præter calorem communem, in-

diget anima alia potentia. Tertiò arguitur. Nam calore elementaris intenditur, & remittitur: potest enim potentia ab anima fluens, & invariabilis, permanens cum ipsa: ergo, &c. Quartò hoc videtur communis alijs potentij animæ, vt supponant primas qualitates, non vero includant. Nam visus indiget humiditate cum diaphaneitate ad suum actum, tamen etiam prærequisit certum temperamentum primarum qualitatum: ergo similitudine nutritive potentia sentiendum. Secunda opinio assent epuni potest actionem nutritivam fieri a solo calore naturali, quiclibet eiusdem speciei sit cum elementari, vix tamen anima, vt instrumentum in virtute illius, potest attringere introductionem illius in materia, nulla alia qualitate concurrente, & hanc sententiam videntur sequi Thomista.

Pro resolutione est aduertendum, actionem nutritiendi essentialiter confitere in perfecta applicatione elementi ad substantiam alti vitaliter facta, qui modus in eo est ut conuersio fiat applicationem, distributionemque alimenti ad omnes partes viuentis cum rectione superflui. Vnde triplex genus actionum videtur in nutritione concurrere. Primum est carum actionum, quem remotè concurrunt, ut tractio, & retentio alimenti, expulsioque excrementorum. Secundum est earum actionum, quæ proximiū accidunt, & disponunt ipsam materiam ad introductionem animæ. Tertium est actio ipsa inducita animæ in materiam cibi, in qua planè consistit substantialis nutritio.

Hoc supposito fit prima conclusio. Virtus a qua procedit actio inducitoria animæ in materiam ciborum, non est aliquid accidentis, sed ipsam animaventis, quod nutritur, atque in viuentibus que acquirunt partem nouam formæ, pars ea educitur de materia cibi immediata è anima alti: in viuentibus vero vbi noua non acquiritur forma, veluti in homine, ipsam anima vim habet viuentis se materie disposita, & fibi applicata absque alio agente extrinseco. Hac est sententia Durandii citati in cap. huius libri, & patet ex dictis à nobis 2. Physicorum, quia accidentis non potest attingere productionem substantiae, nisi dispositio tanta. Dices. In substantia chyli introductio forma substantialis, & non anima, à qua ergo virtute introducitur: idemque argumentum esto de sanguine. Respondeatur animam habere virtutem inducendi formas imperfectiores, quæ via quadam sunt ad perfectiores. Dices vterius. In viuentibus in quibus acquiritur pars formæ, si contingat partem acquisitam esse perfectiorem praexistentibus, (veluti si pars, a qua infirmatur est membrum nobiliss., denup per nutritionem accedit ad partem, qua præinformabatur minus nobilis) à qua, quævis, virtute introducitur noua illa pars formæ: Respondeatur id forte nunquam contingere, sed partem, quæ actione sua efficit aliam, semper esse perfectiorem, quod si forte aliquando id eueniatur, tunc introducio forma in illam partem esse non poterit absque iuuamine aliquius cause vniuersalis, perfectioremeque virtutem habentis.

Secunda conclusio. Virtus disponens materiam cibi est temperamentum primarum qualitatum, & non qualitas aliqua ab illis distinguita. Oppositum huius conclusionis videtur intendere prima sententia. Opinio, esse tamen videtur ex sententia Aristoteles 2. de partibus animalium, capite primo, & Galeni libello, de differentia morborum afferentium viuentia exercere actiones suas medij temperamenti. Ratione arguitur primò. Nam in rebus naturalibus temperamentum conservans formam in materia, est virtus ad disponendam aliam

SVAREZ  
de Anecdosis op  
pp. 6. dictum, et  
animæ.

TOM  
III  
PART

D. N. 2

materiam ad introductionem simili formæ: ergo idem erit in nutritione, quæ in aggeneratione quadam, & assimilatione substanciali conficitur: neque adeò aliquid in uitatum in natura ponendum est sine necessitate. Antecedens patet inductione. Nam ignis ad generandum ignem non disponit materiam, nisi proprijs dispositionibus, nempe calore, & siccitate, idemque est in alijs elementis, & in mixtis etiam: vinum enim non convertit aquam nisi medio virtutis calore. Et ratio vniuersalis est, Quia ad conversionem unius substantiæ in aliam, ideo requiritur alteratio, ut disponatur materia, non potest autem melius disponi, quam per easdem dispositiones agentes: ergo haec sufficiunt, omnia vero alia superflua sunt. Explicatur. Nam in osse, v.g. est forma & materia, ac tale temperamentum qualitatum, ex quo resultat certa densitas, duritas, &c. ergo si os alteretur medullam, & simili temperamento illam disponat, resultabit eadem densitas, & duritas, aggenere, & superflua pars ossis: id ergo sufficit, ac prouinde superflua sunt potentia alia.

6.

*Prolatus 2.* Secundò arguitur. Nam diuersæ partes viuentis diuersam generant substantiam, ut hepar sanguinem, ventriculus chylum, &c. ergo vel illa diuersitas prouenit ex ratione potentia nutritiva, vel ratione diuerorum temperamentorum. Si primum, sequitur in singulis membris heterogeneis esse ponendam diuersam potentiam nutritivam, quod esti concedant Viguerius in institutionibus theologicis cap. 1. Ferrar. 2. contra gentes, cap. 73. Apollinaris 2. de Anima, art. 2. q. 9. absurdum tam est, ac fine necessitate dictum: debet ergo cediri secundum, quod est verisimum: nulla ergo alia ratione caro adgenerat partem carnis, & os partem ossis, quia habent diuersum temperatum, diuersumque disponunt materiam sibi applicant. Et confirmatur experientia. Nam viuacque pars generat partem sibi similem: ergo id accedit, quia introducit in illa similes dispositio-nes: ergo per eas sit dispositio nutritio, & non per aliam qualitatem.

*Prolatus 3:* Terciò arguitur. Nam vel illa potentia nutritiva aliquid immediate operatur circa nutrimentum, vel nihil. Primum dicton non potest, quia vel erit aliqua potentia sibi similis, vel aliqua primaria qualitatum, vel est ipsa forma substancialis inducitur. Nihil istorum potest dici probabiliter: nam potentia vitalis non est actus sibi similis: atque si est, id certè faceret post conversionem alii-menti, ac adeò illa potentia non concurreret ad productionem. Iam ad efficiendas primas qualitates necessarias non sunt alia præter ipsas primas. Ad formam denique substancialem vel non potest attingere per se accidentalis potentia: vel si potest, nulla alia est, quam que materiam disponit. Si vero datur secundum, nempe illam potentiam nihil immediate efficit, sed vt solum calore, ut in instrumento, illumque dirigere, quod prima opinio videbatur afferere, id facilè improbatur, quia potentia exhibuitur substantiæ, ut operetur, potentia vero ipsi non tribuitur alia potentia, ut inducione patet, & ratione, quia alias esset processus in infinitum. Nam qua ratione una potentia viceretur alia, eadem ratione illa potentia postularet aliam ac præterea modus ille, quod potentia nutritiva dirigeret calorem, eovt viceretur, intelligibilis non est, & superfluum, nam quidquid fingatur non potest calor nisi calefacere, neque ratione illius directionis potentia vnuquam perceret, quod per se ipsa non posset.

*Affinitas bipartita* Ex his sequitur tertia conclusio. Calor viuentis dispositio tantum efficit digestionem, & decoctionem, vnde eiusdem specie est cum elemen-tari. Prima pars constat ex dictis, quia accidentis

tantum dispositio attingit ad generationem substantiæ. Secunda vero pars suadetur. Nam viuentis calor ipsemet est, ex quo conficitur tempe-ramentum mixti, sed talis calor elementaris est: ergo, &c. Confirmatur. Nam superfluum est multiplicare species calorum absque necessitate. Et hoc sanè est sententia Aristoteles 2. de Anima, textu 41. afferentes ignem esse concusam nutritiōnem, nimirum eius virtutem, & textu 50. ait ca-lidum operari decoctionem, neque vnuquam distinxit Aristoteles duplex calidum, idemque habet de sensu, & sensibili, c. 4. de iuuentute, & senectute cap. 4. colligitur etiam ex 2. de partibus anima-lium cap. 6. & 7. vbi legimus calorem esse facultatem quia anima exercet hanc actionem, quod re-petit etiam lib. 3. cap. 6. & 9. item citato loco de iuuentute, & senectute expresse docet decoctionem neque fine anima, neque sine caliditate esse, calore enim, ait, concoquunt omnia. Idem colligitur ex D. Thoma 1. parte quæst. 78. art. 2. dicente animam vegetatiuam esse imperfectiore alijs, quod suam actionem exercet media qualitate elementari. I-dem tradit q. 10. de veritate, art. 1. ad 2. & q. de Au-um. art. 13. & 1. de Anima, lectione 14. & lib. 2. lec-tione 5. in princ.

Sed contra. Nam Aristoteles 2. de generatione animalium, cap. 3. ait animalis calorem ne pignore Obiectio com-trascendit esse, neque ab igne originem ducere, & D. Thoma 1. parsim of part. quæst. 18. art. 1. ad tertium, vult calorem ele-sertionem, mentare esse instrumentum virtutis nutritiug, seu caloris naturalis. Confirmatur. Nam calor ani Confirmatus malis est viuificus generat, ac nutrit carnem, olfa, & nervos, &c. elementaris vero non habet eiusmodi virtutem, quin potius de se destruc-tius est viuentis. Propter hæc multi distinguunt duplice calorem, calefitem, & elementarem, ex-le teque aiunt esse viuificum, communicatum que viuentibus, ac distinguui specie ab elementari. *Fornelius Ita Fornelius 4. Physiolog. cap. 1. Nyph. 1. Meteor. & alioribz. com 35. quæst. 2. Mirandula lib. 3. cont. Astrologos & tioni cadat. c. 3. Marcellus in suo lib. 2. de Anima c. 3. & alij. Ferrar. verò 2. contra gentes, c. 73. tres distinguunt calores essentialem diuersos, calefitem, & elementa-re, & vitalem.*

Sed immerito hi calores multiglicantur, cùm 10. accidentaliter solū distinguantur, vt notauit Rediu Co- Caier. optimè dicta quæst. 118. & latius Argenterius *secundus Ars lib. 1. de somno & vigilia, cap. 5.* estque sententia D. genitius Thoma ad textum 41. libri 2. de Anima. Alexandri & alii. & Egydij ibid. Albert. lib. 2. de anima. lib. tract. 2. c. 4. Bonaventura in 2. dist. 17. quæst. 2. Auerrois 7. colliget. c. 2. Saxonij lib. 2. de Anima. q. 5. Marfilij ibid. q. 4. Achilini lib. 2. de elementis, dub. 10. & alio rum. Ratio autem est, quia effectus horū calorum primarius, & proprius id est, nepe calefacere, neque calor aliquis viuiscat modo alio, quam calefaciendo, & disponendo. Differentia vero est, q. ele-mentaris dicitur secundū se spectatus, ac fine vlo-temperamento. Vnde quantum est de se corrum-pit, & disponit ad ignem, calor vero naturalis, seu vitalis est attemperatus secundum certum g-a-dum, in quo intrinsecè consequitur rationem anti-ma, ac distinguiri solet contra ignem: de hoc ergo dicitur ab Aristotele, quod non ducat originem ab igne, quia non fit actione ignis, sed ab intrinse-co consequitur animam: huic autem calori vitali aliquando additur ab extrinseco calor cibi, vel ali cuius medicamentis ad decoctionem facilius ex-equendam, sicque dicitur unde vitalis calor iuuari ab elementari, eoque vt ad actionem suam: non verò quod in animali ab intrinseco finit duo calo- D. Thoma res: atque ita est interpretandus D. Thom. dicta q. explicatio 118. prima partis, & colligitur interpretatio ex eo- dem in 2. d. 19. q. 2. art. 3. vbi ait, in animali dari calorem naturalem, per quem exercet opera vitalia, & addit-

& addit non quod calor hic non sit quædam qualitas mixta, ratione cuius ignis dicatur mixtum animatum componere, sed propterea dicitur non elementaris, quia non est defumptus ab igne, sed ab anima ipsa: quod etiam ipse experientia confirmant. Nam hic noster calor naturalis intenditur à calore elementari, & remittitur à frigiditate etiam elementari: sunt ergo eiusdem rationis. Hinc intelligitur, quo modo calor viuiscet, nempe dispositiuè in quantum complet temperamentum requisitum ad introductionem animæ viventis. Quomodo item dicatur producere arium, vel argentum. Eodem verò modo calor solidus dicitur viuiscans, quia cùm sol sit causa universalis, sua actione iuuat, & compleat sàpè temperamentum viventis: concludamus ergo diuisionem illam caloris esse accidentalem, ac membra solum distinguunt per respectus ad diversas causas efficientes, vel ad diversos effectus secundarios, siveque erit interpretandus Commentator de substantia orbis, cap. 2. & 12. Metaph. commento 18 vbi hos calores etiam distinxerit.

**11.**  
4. assertio,  
cui refutare  
medici plati-  
tique.

Ex quibus statuitur quarta conclusio. Non solum calor viventis, sed etiam qualitates alia completes temperamentum, seu complexiones illius, cōcurrunt dispositiuè ad nutritionem. Huic conclusioni contradictiunt multi ex medicis, afferentes solum calorem, nulla alia qualitate prima concurrende, efficere nutritionem, & specialiter de frigiditate aiunt, quod per se nihil efficiat, sed per accidens tantum, temperando scilicet calorem. Nam si daretur (inquit) calor temperatus sine frigiditate, idem efficere. Ita quoque Albertus 2. de Anima, tract. 2. cap. 8. Auer. 4. Meteororū, & 2. de partibus animalium, cap. de cerebro, Zimara theorematem 72. Vallef. lib. 5. controuers. cap. 11. ex Galeno lib. 3. de causis symptomatum, cap. 3. & Auicen. de prima doctrina 6. cap. 3. qui aut frigiditatem non deseruite ad operationes vitales, quin potius illas impediunt. Vnde experientia constat frigus stupescere, vt in paralyse, priuare animam motu, & sensu. Confirmatur, inquit Valles, nam crescente calore non statim impeditur nutritio, maximè verò crescente frigore, quod signum est, calorem per se efficere nutritionem, frigus verò non item: temperat ergo solummodo. Vnde quando nimium est, plus iusto temperat, ideoque impedit huc accedit communis vox Philosophorum dicentium calorem efficere concoctionem, nullam autem mentionem faciunt aliarum qualitatibus, sic Aristoteles viuieram concoctionem calore fieri scribit 3. Meteororum, cap. 9. & lib. 4. cap. 2. & lib. 4. de partibus, cap. 3. & lib. 4. de generatione animalium, cap. 1. Galen, quoque lib. 2. de naturalibus facultatibus ait concoctionem, & nutritionem, & omnem succi generationem esse ab innato calido, idem habet lib. 1. Aphorismorum, cap. 15. & libro 5. capite 22. & libro. 2. ad Glauconem.

12  
Sufficiens,  
& probatur  
precedens  
assertio.  
Primo.

Sicundo.

Nihilominus tamen conclusio posita viderur verissima, & illam confirmant omnia adducta pro secunda conclusione, nam id, quo viuens disponit alimentum, non est solus calor, sed totum temperamentum, quod probatur, quia cùm ex materia cibi debeat fieri pars carnis, vel omissis omnino similis præexistenti, necessariò debet habere temperamentum eiusdem rationis: huiusmodi autem temperamentum neque in solo calore consistit, neque ab illo solo fieri potest: ergo debet fieri à toto temperamento præexistentis carnis, vel omissis: ergo totum illud denuo factum concurredit dispositiuè ad nutritionem. Secundò per nutritionem debent membra componi cum eadem organizatione carnis, vel omissis &c. huiusmodi autem organizatio non prouenit ex solo calo-

re, sed etiam ex alijs qualitatibus primis, & sepe ex illis præcipue, vt dñritis omissis ex siccitate, & frigiditate: ergo requiritur actio aliarum qualitatibus, præter calorem. Tertiò qualitates aliae sunt *Totius*, actiua naturaliter: ergo simul agent cum calore: quid enim obstat? Quare alimentum, quod *Quam*, conuertitur in substantiam alii, cùm eius sit pars, maiorem fortitur frigiditatem, quām habet etea: ergo frigiditas fuit opera in conuersione talis alimenti. Atque hæc est sententia Aristotelis 2. *Actu de generatione animalium*, cap. 4. dicente incre-*rispa*. mentum prouenire à virtute animæ, utendo caliditate, ac frigiditate, vt instrumento.

Argumenta in contrarium facile solvantur. **13** Nam frigus, & calor, & aliae qualitates deferuntur *ad anima* operationibus viventis, si sint in debito tempora-*mento*: in excessu verò impediunt, & corrumpunt, *ad corpora* vt Aristoteles docet loco proxime citato: quia tamē calor magis est *siquidam* naturam animalis, quām frigiditas, ideo huic immoderatus excessus magis nocet, ac magis impedit concoctionem, cū magis condenserit, & minus agat. Nimis etiam calor, si adlit, impedit concoctionem, & sive etiam succum convenientem dissoluit. Ad communem vocem responderet esse despumptum à principali qualitate, non verò à totali, & integra: hī enim dicimus, & ignem calore agere, & quod actio siccitatis minor sit multo quām calor: sic ergo in proposito actio frigiditatis est minima, ac sàpè nulla, si forte habeant maiorem frigiditatem alimenta, quām sit necessaria nonnullis animalibus partibus: respectu tamen earum partium, in quibus prædominatur frigus, certè frigiditas conductit plurimum ad perficiendum nutritionem. Ex dictis intelligitur maximè, & facile quomodo ex eodem cibo generetur calor, os, nervus, &c. ab eadem nutritiva virtus ratio enim est, quia temperamenta talium partium sunt diversa: nam una quāque agit ad sui nutritionem per proprium fibi temperamentum: facit ergo fibi simile. Porro quædam sunt membra destinata à natura ad præparandum cibum omnibus membris, vt hepar, & ventriculus: hæc ergo in prima decoctione non faciunt substantias omnino fibi similes, quia temperamentum non prouenit ad omnitudinem similitudinem, atramen faciunt substantias valde similes propter propinquitatem temperamenti.

Quinta conclusio. Virtus attractiva, & retentiva expulsiuè excrementorum potentia est rea-**14** liter distincta ab anima, & a qualitatibus primis, *affinitate* in se tamen vna videtur realiter. Prima pars probatur ex diuersitate agenti, & attrahere enim ali-*affinitate* primum, & illud disponere, actiones sunt omnino ali-*affinitate* primum, & diuersa ab actionibus primarum qualitatibus: ergo & potentia. Item irragnate virtus ad trahendum ferrum non est forma substantialis, nec temperamentum primarum, vt ostendimus in fine librorum de generatione, sed est specialis qualitas, idemque est in similibus alijs: ergo idem erit in viuente dicendum: de hac virtute attrahendi alimentum. Tandem qualitates primæ, quod fint *tempor* in animali, non ideo recipiunt nouam virtutem, & actionem: ergo temperamentum primarum qualitatibus tantum potest agere simile tem-*peramentum*: ergo ad actiones alterius rationis, & attrahere, retinere, &c. necessaria est noua virtus. Quod verò hæc sit vna tantum, probatur. Nam il-*tempor* la tria se mutuo consequuntur, retentio enim est poterit, quasi terminus attractoris: eadem autem est virtus causans motum, & terminum: tunc vtherius, retinere conueniens, expellere que disconueniens, habent inter se magnam vicinitatem: ergo ad hec sufficit eadem virtus, quæ retinendo vnum expellet aliud.

Nonnulli quidem has omnes potentias volunt esse

# SVAREZ

## de Anecdosis operum 6. dictum, et animæ.

ETONI  
TOM  
III  
PART

D. N. 2

Cap. 1. De corporibus imm  
esse distinctis, ut Viguerius, & Apollinaris supra, &  
ex medicis nonnulli. Alij esse ipsum calorem natu-  
ralem, ut Ferneius lib. 5. Physiologiae, cap. 4. quod  
tamen diximus videtur probabilius: ac forte prima  
opinio posset ad hunc sensum explicari, nempe  
quod prater temperamentum dilponens mate-  
riam cibis necessaria fit specialis virtus animae ge-  
nerantis, qua distributum alimentum, trahendo ad  
fingulas partes, ibique retinendo, & expellendo  
superflua: quo quidem modo dici posset eam poten-  
tiam dirigere. Moderarique actionem caloris  
naturalis: attamen quidquid sit de sensu opinan-  
tium, quod an nobis ex profundi et serum videtur:  
oposet tamen addere virtutem attractivam di-  
uersarum rationes apparere in membris diversis, di-  
uersitateque magnam in huiusmodi actionibus  
praeferentibus, sic in hepate specialis virtus ap-  
paret ad trahendum chylum in renibus, alia di-  
stincta ad trahendum serum, & in liente similiter,  
&c. sicut in diversis herbis diversa est virtus iuxta  
dieritatem traditionum, & actionum.

Iam ad argumenta prima opinionis. Ad pri-  
mum locum Aristotelis patet exppositio ex dictis:  
vel forte eo loco per facultatem animæ intelligit  
Philosophus principalem illius virtutem. Ad se-  
cundum locum respondetur Aristotelem per nu-  
trimentum intellectus instrumentum separatum:  
calorem vero coniunctum, ut exponunt Themisti-  
cius, Simplicius, Commentator, & alij. Ad primam  
rationem dico potentiam nutritivam, si  
sumatur pro virtute assimilatrice esse ipsam ani-  
mam realiter: si pro virtute trahente alimentum,  
esse passionem animæ a calore distinctam: si pro  
virtute disponente, ipsum esse temperamentum  
vientis, quod in diuersis viuentibus est diuersum.  
Ad secundum iam tribuimus animæ virtutem  
quamdam perfectiorem, ac temperamenti  
ipsum perfectius est, neque ipsis aliis virtutis,  
qua non nutriendi actio inter vitales infima est. Ad  
tertium potius nutritiva virtus remittitur, atque  
intenditur ad intentionem, & remissionem calo-  
ris, ut experientia docet. Ad quartum exempla  
sunt falsa, nam sensorum sensus non est instrumentum  
effectuè concurrens cum sensu ad actionem,  
sed subiectum est potentie, quod oportet comode  
dispositum esse: dicitur autem organum, quod sit  
instrumentum animalis, non vero potentie.

Ex his colligitur quid dicendum sit de potentia augmentativa, cum enim nutritio, & aetio eadem ait sint, eadem etiam erit potentia. Primum, quia via virtute alimentum convertitur in substantiam alii, eadem acquiritur quantitas illius, qua si sit maior, quam desperita, dicitur augmentatione. Secundo, quantitas non producitur nisi cum substantia: eadem ergo virgus est acquiritu substantiae, & quantitatis. Tertiò virtus productiva quantitatis non est alia quantitas: est ergo eadem virtus, qua producit substantiam. Antecedens certum videatur apud omnes, qui profecto nullam phyciam actionem in quantitatibus tribuunt. Consequientia vero inde suadetur, quia quidquid aliud assignetur, posterius est augmentatione, ac proinde principium illius esse non poterit. Confirmatur etiam exemplo ignis, nam eadem virtus nutritur, & augetur suo modo. Atque haec est sententia Aristotelis i. de generat. cap. 5. vbi ait nutritiōnem, & aetionem esse eandem actionem, & alibi sepe, sicut calor naturali tribuit nutritionem, & augmentationem, vnde cap. 4. de fenu, & feniibili ait calidum augmentare. Idem repetit 3. de paribus, cap. 6. consentit Philoponus 2. de Anima, fol. 49. col. 3. Themistius c. 17. Durandus in i. dist. 3. p. 2. questione 2. art. o. oppositum quidem inveniat Albertus 2. de Anima, tract. 2. cap. 9. & tenet aper- te Venetus, & Thienensis textu 50. Iandunus q.

13. Apollinar. quest. 9. Iauellus quest. 18. Sed fortasse putarunt h[ab]i authores actionem nutritiū, & augmentatiū esse distinctas omnino, ac minime subordinatas, quod cūm falso sit, constat eandem virtutem ad eas ordine suo exercendas sufficere, cūm vulgare sit in philosophia actionem vel effectum primarium, & secundarium, virtutes distinctas non arguere.

Oppones tamen. Si potentia augmentativa ipse est calor naturalis : ergo quandiu calor ille duraverit, ac viguerit, tandem durabit augmentum: consequens vero fallsum est. Nam pueritia tempus est augmenti, teste Galeno, & Aucemina, non autem iumentorum. & tamen non sanguinem. Di-

tem iuuentus, & tamen non minus viget alior in  
iuuentute, quam in pueritia. Respondetur ex Al- Responso ex  
Albert.  
berto suprā cap. 6. discrimen esse, in pueritia enim  
membra sunt mollia, quod necessarium est, ut ali-  
mentum posit per illa discurrere, omniaque au-  
gere: at in iuuentute iam membra duriora sunt  
propter maiorem exsiccationem, & hinc est, quod  
pueri plus, quam dimidium fuit quantitas circa  
septimum annum obtineant, postmodum vero  
procedit augmentum vsque ad vigilem prī- Varia in  
accrescendo  
mum remissum communiter loquendo: post vi- sum in eodē,  
sum in de-  
uersis, vnde.  
gēsum primum vero non sit augmentum fe-  
cundum longitudinem, quod ossa multo duriora  
sint, procedit tamen secundum latitudinem cre-  
scente & pinguefciente carne, quæ mollior est. Vn-  
de colligi potest ratio, quare plus alij, quām alij  
crescant itante equali calore naturali, nam qui-  
dam exiguum habent humiditatem, multam ve-  
rō facilitatem, id ideoque à principio ossa habent du-  
riora, quæ difficilis dilatari valent.

Quar fortasse aliquis , aut potentia augmen- 19  
tatiua, & nutritiua latem formaliter distinguan-  
tur. Respondemus negatiua propriu loquendo.  
Habent ergo se , ut eadem potentia existens in di-  
uersis statibus, sicut etiam accretio ipsa , & nutri-  
tio formaliter non distinguuntur: sed per diuersos  
respectus , Vrgebis augmentatiuum posse auferri  
manente nutritiua. Sed non recte , ut plurimum  
enim vigor illius potentia facescit , eadem quo-  
ad entitatem suam permanente.

C A P V T . X.

*Quid sit potentia generativa, & an sit à natura  
trivialis distincta.*

N hac questione quidam sine distinctione opinantur huiusmodi potentiam esse qualitatem Prima opinio quendam realiter distinctam à potentia nutritiva, & ab alijs, quam videtur sequi expositoris 2. quorundam de Anima, textu 42. Alij vero credunt esse eandem Aris. 1. cum nutritiua, quod insinuat ibidem Aegidius, & Secunda. aperte tenet Valles, lib. 2. controveriarum, cap. 17. Sed in hac parte oportet vti distinctione, vt nota- uit Albert. tract. 2. cap. 7. Nam in generatione vi- uentis due interueniunt actiones, prima est for- matiua seminis ex materia sanguinis. Secunda est resolutione. formatiua membrorum viuentis generandi: sed et actio generandi membra viuentis ex materia seminis, in ipso autem semine due substantiae includuntur distinctas habentes formas, nempe substancialis, & crassa, & substantialis spiritus in illa plantati: vnde in prima actione includuntur duas producitiua talium substantiarum, quibus omnibus actionibus attribui debet aliqua virtus. Quare triplex insurgit questio, prima, an vir- Tropex his tus formatiua seminis, quantum ad partem ma- teriale, & crassam, sit eadem cum virtute, qua generans se alit? Secunda que sit virtus formatiua Triplex his endardans dicti spiritus inclusi in semine? Tertia, que virtus questo. subiectetur postea in semine ipso, per quam posset Tertia corpus organicum effici.

Dico

Dico primò. Virtus ad formam illam materialē feminis est eiusdem rationis cum virtutē nutritiū existente in quadam parte viuentis. Ad probationem huius suppono, huiusmodi virtutē formatiū feminis non esse dispersam per omnia membra corporis, sed esse in determinata parte. Hoc supposito probatur conclusio primò. Semen ipsum est ultimum alimento illius partis, & membrorum: ergo sit à virtute nutritiū illius. Antecedens probatur primò ex omnimoda similitudine inter substantiam feminis, & substantiam illius membris, hoc enim argumento euidenter colligitur, quo succo vnaquaque pars viuentis nutritiū, sic probauimus alibi chylo nutritiū ventriculum, sanguine hepar, & vbera lacte. Secundò. Nam est optimus institutio naturae quod illo succo nutritiū aliqua pars, quam ipsa elaborat, sed illa pars habet virtutem elaborandi sanguinem usque ad formationem feminis: ergo nutritur illo: alias duas oportet habere actiones circa sanguinem: unam qua nutritur, aliam qua semen efficeret, quod superfluum est, neque intelligitur quādo unam, quandove aliam exerceat, cum agens sit naturale, & materia eadem, & eodem modo applicata. Tertiò. Nam pars illa qua semen efficit non agit in sanguinem nisi medio suo temperamento, agit enim assimilando sibi, sed temperamentum illud est virtus nutritiū, ut ex superiori capite constat: ergo, &c. Quartò arguitur. Nam idem est de generatione lactis in feminis, & de formatione feminis, sed lac sit media actione temperamenti alicuius partis, scilicet vberum, quia lacte nutriuntur, alias innumeras virtutes, & potentias efficiunt multiplicandae: ergo idem est de virtute formatiū feminis. Quinto substantia illa feminis est similis etiā substantiæ, qua membra solida nutriuntur, scilicet medullæ osium. Vnde ea membra solida seminaria solent appellari, & Plato dialogo de natura medullam ipsam semen appellat: ergo sicut in alijs membris solidis medulla sit à virtute nutritiū, ita in hoc, de quo loquimur, semper sit à virtute nutritiū, quod est intentum.

Circa tertią questionem arguitur. quod virtus formatiū residens in feminis non sit ipsa nutritiū. Secundò contingit per nutritionem eadem membra integra restaurari, aut partem quandam carnis integras, in qua regenerantur arteriae, venae, que omnes requiriunt, illud autem non sit per modum nutritionis, sed per quandam modum nouæ generationis: ergo manet in membris viuentis virtus etiā rationis cum generatiū, hac autem non est nisi nutritiū. ergo, &c.

Quarto. Circa alias duas questiones maior est difficultas, & à tercia incipiendo, videtur sanè quod virtus residens in semini ad organizandum corpus, sit longè alterius rationis à virtute nutritiū. Et probatur. Nam virtus nutritiū est ipsiusmet temperamentum viuentis (loquimur enim de virtute dispositiū, nam dealijs dubitare non est) sed virtus feminis non potest esse tale temperamentum: ergo distincta est. Probatur minor, explicaturque argumentum. Nam in viuente os, v.g. nutritiū, quia in eo est temperamentum assimilans sibi cibum: at in feminis non est formaliter temperamentum ipsius osis: ergo virtus illa qua semen fabricat os est distincta ab illa, qua os nutrit: & idem argumentum est de singulis partibus. Dices fortè, semen agere temperamento suo tanquam virtute propria, & ita non differre à virtute nutritiū, nisi tanquam temperamentum viuum partis à temperamento alterius. Contra. Si semen tantum ageret suo temperamento, disponeret solum materiam ad productionem sui similis, vt in singulis membris fieri videmus, id autem non ita est. Nam spiritus ille subtilis, & tenuis format os, & omnia membra diversa: ergo non potest agere per temperamentum suum, sed per aliam eminentiorem qualitatem, qua residet, & subiectetur in ipsa parte spirituosa feminis, in qua tantum residet virtus actiua.

Circa secundam questionem arguitur, quod omni distincta à virtute nutritiū. Et probatur. Nam forma illius spiritus, & qualitas est omni

no distinta ab omnibus partibus viuentis: ergo virtus formatiū illius spiritus erit distincta à virtute nutritiū partium. Item virtus nutritiū rātum habet præparare materiam cibi ad perfectam assimilationem substantiæ altius: sed illa substantia tenuis nulli parti viuentis deseruire potest in tristitia, ut ille spiritus non sit à nutritiū virtute. I. Primo, tem ille spiritus non fit ex sanguine, ut ex materia, Secundo, de quo infra, virtus autem nutritiū solum versatur circa sanguinem, cum sanguis sit ultimum alimentum: ergo.

Contraria autem partem, scilicet virtutem generatiū non esse distinctam à nutritiū, sentit Aristoteles 2. de Anima, textu 34. dicens acutum vegetatiū potentia esse generare, & alimento virtuti, vbi has actiones referat ad eandem potentiam & textu 42. Curius scribit, quod eadem vis animæ generatiū sit, & nutritiū, & 2. degenerantur animalium, cap. 4. id aperte insinuat. Et probatur. Nam generatio, & nutritio, solum differunt, sicut productio totius, & pars: productiones autem eiusmodi per se loquendo eiusdem rationes sunt, dicta vero diuersitas, quasi per accidens: ergo ab eadem virtute procedunt, quod à simili potest confirmari, in igne augente se, & aliud generante. Secundò contingit per nutritionem eadem membra integra restaurari, aut partem quandam carnis integras, in qua regenerantur arteriae, venae, que omnes requiriunt, illud autem non sit per modum nutritionis, sed per quandam modum nouæ generationis: ergo manet in membris viuentis virtus etiā rationis cum generatiū, hac autem non est nisi nutritiū. ergo, &c.

Argumenta hæc soli aliquo modo possunt. Nam Arisoteles illis locis, v.d. Thom. i. b. lectione 9. exponit, loqui videtur de virtute principali, si quis non de potentia, vel certe loqui non de virtute generatiū existente in semine, sed de ea que est in membris viuentibus ad efficiendum semen. Ad primam rationem dici potest generationem quidem totius, & partis per se loquendo non requirere distinctas virtutes: attamen ratione diuersi modo potuisse requiri, veluti generatio partium sit à similibus partibus, totius vero à quodam instrumento minus simili, & ignobiliori. Vnde ad secundum, quod est fundamentum Vallefisi, respondetur in membris viuentibus manere virtutem similem generatiū, quantum ad effectum producendum, eam tamen non esse eiusdem rationis, quia modus est valde diuersus: viuens enim habet virtutem ad regenerationem partium per similitudinem temperamenti: at vero semen habet virtutem ad formandam membra non per simile temperamentum, quod in se habeat formaliter, ideoque oportet habere per virtutem alterius rationis. Initabis, viuens quoque nonnunquam regenerare membrum heterogeneum per actionem partium dissimilium. Sed negandum id fieri posse, vt experientia demonstrat, vel si posset aliquando, id quidem fieri per virtutem consimilarem generatiū, ac proinde distinctam à nutritiū.

Sed tamen quanvis hæc argumenta soluantur, alterius tamen argumenti numero tertio expositi solutionem adhuc non inuenio: nempe, quia proposita hæc virtus in semine residens, aut quo modo possit unica existens, quæ necessario, & fine cognitio operatur, tam varia, & diversa membra tanto ordine componere: nam quod vulgo dicitur, virtutem illam esse calorem, quendam vitalem adiutum caleti, verba sunt quem non explicant, calores enim illi non nisi calefaciunt, ac disponunt ad formam substantialem. Imo eadem difficultas restat, quomodo à calore posset proueniare tanta varietas membrorum, & complexio num partialium, quanta reperiuntur in animanti bus

# SVAREZ de Anecdosis op pp. 6. dictum, et animi.

ETOMI  
TOM  
III  
HISTORI

D. N. 3

bus perfectis. Quare Scotus hanc efficientiam, sed  
mini denegauit, eamque tribuit cælo. Sed eadem  
difficultas virget de cælo, quod naturaliter agit,  
nec nisi calefaciendo, vel exsiccando. Galenus er-  
go, ut etiam 2. Physicorum dixi, diuinam (inquir-  
tumq[ue]m) hanc esse virtutem, & quæ procedere nisi ab aliquo habente  
intellectum nequeat. Quod etiam Trismegist. apud  
Eugubinum c. 3. aperte sensit, dicens, cogita & fili ho-  
minem in vno materno compofum. Cotanque opificis  
artem diligenter perpende, & disce quis sit opifex, qui hanc  
homini pulchram, deumquamque imaginem fecerit, quis oculos  
formauerit, quis nares & aures cerebrauerit, qui os spe-  
ruerit, qui nervos terenderit, & si p[ro]fice quod artes vnu[m] mate-  
ria, quod opera una circumscriptio[n]e, cunctæque pulchra,  
cunctacum mensura, cunctæ for[um], quis hec omnia fecit,  
qui mater, quis pater, quis insimilissimus Deus, quis voluntate  
cuncta operatus est. Ego quidem certe eo hanc vir-  
tutem esse altissimam, & multum ab alente di-  
stinctam, quod etiam dictus Galenus libr. de fo-  
rum formatione assert: attamen quid sit, & quo-  
modo operetur, non sequor.

8 modo operari, non faciunt.

Dia 2. q. 17. mine arbitror non esse distinctam ab anima viētis generantis, si loquamur de virtute inducīta forme substanciali, si autem loquamur de virtute dispositiva, illa est calor vitalis, & cordis disponens materiam ad productionem spirituum vitaliū, & ideo Arist. 2. de gener. animal. c. i. aperte asserit virtutem formativam semenis esse calorem naturalem. Non esset etiam improbabile putare illam virtutem esse qualitatem aliquam distinctam, & perfectiōrem, sed in ea re nihil habeo certum, & exploratum. Ex his omnibus colliguntur diuisiōnē potentiarum vegetatiū, quæ tradi solent in nutritiū, augmentatiū, & generatiū, non esse sumendam tanquam impotentias distinctas realiter, sed potius dari ad explicandum actus omnes animarum vegetatiū.

C A P V T X I.

*Quodnam sit potentia nutritiva  
subiectum.*

**N**on quærimus an sit in materia, vel in toto composito nutriendi virtus, nam quid de hac re sentiendum, alibi diximus. Quæstio ergo est, in quibus partibus viuentis resideat? Quidam sentiunt talem potentiam non subiectari in parte aliqua viuentis, eo quod alteret eas omnes, unde in aliqua earum esse nequit, alias pars viuentis alteraret se ipsam: sed hac sententia impossibilis est, quia nutriendi potentia est temperamentum viuentis, ut supra est ostensus: ergo in ipso viuente resideat. Quod si contendas esse proprietatem, qua animalium comitatur, melius concludit argumentum. Nam omnis proprietas consequens formam debet esse in habente formam. Ad hanc actionem nutritiva intrinseca est ipsi viuenti, si autem potentia illa esset in subiecto, non viuente, extrinseca esset viuento, consequenter ergo nutriendi actio esset illi extrinseca, nam illius est actio, cuius est potentia: non esset ergo actio vitalis, neque seipsum viuentem nutritre: certum ergo fit dictam potentiam esse subiective in viuente.

<sup>2</sup> Sed quæstio restat, an sit in toto, an in parte, quam questionem indecisam videtur reliquie Aristotel.libr.de spiritu, capite tertio. At in secundo de generatione anima, l. cap. quarto, & de iuuentute, & senectute l. capite quarto, quæstionem definit, dicens nutriendi potentiam esse in corde, vel in parte proportionali quoad animantia, quæ cor non habent: ab illaque communicari partibus alijs. Sequitur etiam Anticenna Fen prima primæ, doctrina 6.cap.i. Porro illam communicationem

ESTANCIJA S. JUAN DE ANTONIO.

explicant aliqui fieri per spiritus naturales, Galen  
nus tamen lib<sup>o</sup> sexto de placitis, virtutem nutri-  
tiuum, quam naturalem vocat, in hepate collocat;  
sequuntur Platoneum dialogo de Natura. Idem te-  
net Albertus secundus de Anima, tractatu secun-  
do, capite nono.

Circa has sententias supponamus id, in quo co-  
ueniunt, membra omnia augeri, & nutriti. Quod  
ostendimus in primo de generatione, ex eo, quod  
omnia alimentum alterant, & conturcent in sub-  
stantiam suam. Vnde satis liquet non esse ibidem  
omnino agens, & patiens, quod prima opinio op-  
ponebat. Secundo conueniunt quod in omni parte,  
qua vitaliter nutritur, sit intrinseca virtus ad  
se nutriendum. Ita Aristoteles libr. de iuuentute,  
& senectute, capite secundo, dicens omnes partes  
a primis vita rudimentis internum, & natuum  
calorem habere, quo cibum conficiunt, idemque  
colligitur ex 6. de historia, cap. 3. ex 2. de partibus,  
cap. 4. ex 1. de generatione animalium, cap. 8. & ex  
libro secundo, cap. 1. Conferat Galenus locis su-  
pra citatis. Acceditque ratio, tum quia nutritio a-  
ctio vitalis est ab intrinseco principio procedens:  
cum ergo omnia membra nutritantur, omnia ha-  
bent intrinsecum principium nutritionis. Tum  
quia quodvis membrum informatur anima, atq;  
etiam sortitur praecipuum temperamentum; item  
potentiam attrahendi, & retinendi alimentum:  
hac vero sola sunt principia nutritionis: ergo,  
&c.

Ex quibus sequitur prima conclusio. Virtus nū-  
tritiua nō est determinata ad aliquod membrum  
particulare, sed diffusa per membra omnia, quaē  
proprié vitaliter nutriuntur. Hac, inquam, ex di-  
ctis satis habetur. Dixi tamen, *qua proprié vitaliter*  
*nutriuntur*, ad excludendum nonnulla, quae in ani-  
malibus propriam nutritionem non habent, sed  
augentur per exsuffcam additionem, in quibus  
proinde non est anima, neque propria virtus nu-  
tritiua, quid autem in viuentibus vitaliter, vel  
non vitaliter nutritur, intelligendum ex modo  
alimenti; an scilicet fiat secundum omnes partes,  
conservando eandem figuram, & proportionem,  
quam exigit natura vniuersitatis partis: tunc en-  
im nutritio vitalis erit: si vero non nisi per addi-  
tionem noue partis ad aliquod extrellum fiat,  
tunc nutritio, & impropria est, ac veluti mortua.

Et hinc colliges in arbore proprio nutriti radices, truncum, ramos, folia, & fructus. Nam omnia haec habent distinctum modum nutritionis. In animali etiam alio, atque alio modo nutritur proprio caro, nerui, membranæ, venæ, arteriæ, & similia, imo etiam diuersimode sentiunt: ossa animantib. Corollarium de vitali tace partium in plantis, &  
tem proprio nutritiunt, & animani habent, ut experientia demonstrat. Vnde Aristotele. 2. de partibus, cap. 6. tribuit osibus in alimentum medullam, atque habere teponem, id est, calorem remissum. Similiter, & dentes nutritiū vendicant, vt patet ex proprio sui augmenti modo, & continuitate cum alijs partibus viuentis, de quibus proinde Aristoteles secundo de generatione animalium, cap. 4. scripsit eiusdem esse naturam. Am osibus. Idem est iudicium de cartilagine, que parvum ab osse differt, ut secundo de partibus, cap. 9. dicitur, & tertio de histor. cap. 8. Quod etiam opinor de vnguis: sunt enim propriissime partes animalis, ac per se ordinatae ad quandam vitalem actionem, nempe ad firmiter apprehendendum, *Vide autho-*  
*rem ad p. 3.* *tomo 1. diffe-*  
vt Galenus obseruat primo de vsu partium, in *Coniub. l. 1.* principio. Adde vngues crescere secundum omnes de generi, partes, seruata eadem figura, & proportione in q. 23. qui astar aliorum membrorum, vnde resulso forte *q. 23. qui a-*  
*llos refutat.*

vngue alter paulatim generatur non minus, quam  
os, vel nervus: atque haec est sententia Galeni de  
anatomicis administrationibus, cap. vlt. in fine,  
**I** & Diui



addit tamen eum arteriarum sanguinem partici-  
pari à venis, vnde solum à corde pendet quod  
maiorem calorem, subtilitatem, accidentalem  
perfectionem.

<sup>10</sup> Sed queret aliquis, an sanguis possit ab alio,  
quam ab hepate generari. Ex dictis enim negan-  
dum videtur, ideo namque dicitur hepar primum  
nutritionis principium, quia est fons sanguinis,  
quod simpliciter verum non est, si posset alibi  
generari. In hoc dubio medici conueniunt sangu-  
inem in venis etiam generari: de modo autem, &  
principio, à quo fiat, disident. Quidam autem ge-  
nerant ab hepatis virtute ibi transmissa per quos-  
dam spiritus naturales. Quae sententia mihi dis-  
plicet, quia superflua, & contra Galenum l. de lo-  
cis patientibus, vbi in virtutibus naturalibus hu-  
iusmodi influxum diserte negat. Et ratio est, quia  
omnia instrumenta nutriendi naturaliter operar-  
tur per temperamenta sua ad assimilacionem ma-  
teriae, in quam agunt: non ergo vim illam aliena-  
mutuantur. Alij fatentur fieri sanguinem à venis  
per propriam ipsorum virtutem, quod etiam fal-  
sum est, quia temperamentum venae dissimile est  
à temperamento sanguinis. Dicendum est ergo  
venam non generare sanguinem, hunc tamē posse  
alium in venis procreare, quod probatur, nam  
sanguis actius est, cum sit calidus, & humidus: er-  
go potest generare sibi simile ex pituita, vel alio  
humore sibi in venis admixto, quod faciliter con-  
tingit, si sanguis iuuet à calore partium adiacen-  
tium: & adhuc perfectius in venis hepatis vici-  
nioribus propter vberiorum illius sanguinis calo-  
rem ex ipsis hepatis vicinia, quemadmodum in-  
dicat Galenus 4. de v. partium, cap. 17. & liber. 5.  
de locis patientibus, cap. 7. hoc autem non tollit,  
quod hepar sit primum principium nutritionis,  
cum absolute totus sanguis ab illo ducat origi-  
nem, sicut vinum originem ducit à vite, licet in  
dolio posset gutta aqua in vinum verti, actione  
vini in dolio contenti.

## C A P V T XII.

Quidnam sit subiectum generatiue  
potentie.

<sup>1</sup> Hec quæstio per quædam dubia melius, & bre-  
uius resolutur, quorum primum est, an hac  
potentia in omnibus viuentibus, an tantum in  
quibusdam inueniatur. Dicendumque in quibus-  
dam tantum dari: quoniam actio generandi à qui-  
busdam tantum potest exerceri: ergo potentia tâ-  
tum reperitur in illis: potentia vero ibi tantum  
reperi potest, vbi & actus. Instabis, omnia vi-  
uentia habent calorem naturalem, potentia au-  
tem feminis elaboratrix, ipse est naturalis calor:  
ergo, &c. Occurrentum non quilibet naturalis  
calorem esse productionem feminis, sed attem-  
peratum, quale non obtinet quilibet viuentia  
sine discriminâ. Ad hac naturalis calor primo  
decoquit alimentum ad nutritionem viuentis re-  
quisitum: inter viuentia vero sunt, quibus tantu-  
m sufficit facultas preparandi, quod ad propriam  
fultent rationem, & conseruationem sufficit  
ergo, &c.

<sup>2</sup> Secundo dubitari potest, an generandi poten-  
tia solis virus in sit, an etiam feminis? Aristoteles  
1. de Generatione animalium, cap. 2. & 20. & 15. de  
gen. animalibus, cap. 25. & 26. sentit solum inesse virus,  
autem tom. ait enim virile semen totam efficientiam in gene-  
ratione fortius feminam vero semen non emitte-  
re, sed ministrare materiam, opositum docuerat  
Hippocrates lib. de Genitura, & lib. de animatio-  
ne foetus, cui accessit Galen, lib. de spermate. Nos  
hanc questionem tetigimus 2. Physicorum, q. 3.

vbi Hippocratis opinionem probabiliorem cen-  
suimus. Vnde addimus potentiam generatiuum  
esse eiusdem rationis in maribus, & feminis: pro-  
baturque ex dictis supra. Nam potentia genera-  
tiua duo efficit in femine, crassam scilicet substantiam, & spiritum in ea complantatum: potentiam  
ad primum cōstat communem esse, cum substantia  
illa non aliud sit præter sanguinem digestum,  
& decoctum ad nutritionem quorundam mem-  
brorum: in feminis autem virtus est ad coquen-  
dum sanguinem illo modo, cum illum interdum  
emittant: ergo, &c. Quod deinde possint femini-  
vum effectiuam imprimere probatur: quia fortasse  
non possent ex defecitu nativi caloris, quo <sup>valsum</sup> esse  
constat, cum feminæ saepe sint calidiores vi-  
ris: vnde citatus Hippocrates scribit: feminas em-  
ittere interdum calidius semen, & efficacius,  
quam viros, effectusque ipse comprobatur, nam læ-  
pe filij simillimi matribus nascuntur, quod non  
ni si ad virtutem effectiuam referri potest. Nam si  
militudo prouenit ex forma inducitu: effectus  
ergo assimilatus inducenti: ergo mater actiū  
concurrit, & de his sat.

Superfuit tamen argumenta duo, Theologi-  
cum vnum, physicum aliud. Theologicum est non  
videtur necessarium, vt mater semen ad prolem e-  
laboret, illudque suppeditat generando ne alio-  
quin virginis matri, qua Christum Dominum ve-  
risime genuit, prædictas actiones attribuere co-  
guntur, quæ tanta integratitatem videntur derogare.  
Sed hoc de re suo loco. Secundum argumen-  
tum physicum, quoniam si femina habet vim ef-  
ficaciem senti, se sola possit concipere, & genera-  
re: nam intra se habet materiam, ex qua haberet  
iam vim actiū: ergo non est necessarium virile  
semen. Respondeatur, licet possit femina fe-  
men procreare, non tamen adeo efficax, vt suffi-  
ciat ad formationem foetus sine commixtione vi-  
rilis feminis. Addit, si complexio feminæ minus  
calida sit, semen quoq; minus erit sufficiens: si ve-  
ro nimis calida, fortius quidem semen suppedita-  
bit, materia tamen ad generandam prolem mi-  
nor erit ob vim caloris nihil superflui ex alimen-  
to relinquentis.

Iam tercio dubitabit aliquis, que nam viuen-  
tia generandi potentia deit. <sup>4</sup> I. Aristoteles 2. 3. Dubium.  
de Anima, cap. 4. docet productionem sui similis  
conuenientiis perfectis, si membris debiti  
orbata non sint, quorum est proprium ex semi-  
no oriri. Tria ergo videtur postulare in viuentia, vt  
possit generationem exercere: primo vt sit perfe-  
ctum, id est, in actate sufficiente ad illuminatum. <sup>5</sup> Tria ad vim  
Secundum est, ne viens sit orbatum, aut natura-  
liter impeditum, quales exēcti, frigidi, & similes. <sup>4</sup> Dubium.  
de quibus Aristoteles 8. de Historia, cap. 1. & 2. & 5. Secundum.  
de Generatione, cap. 7. & sect. 10. problematum,  
quaest. 25. huiusmodi sunt viuentia, quæ in tota  
specie carent hac virtute, recenseteque Aristotel. 3.  
de gener. animal. cap. 6. Tertium requisitum est, vt  
viens ex semine productum fuerit, quod vide. <sup>5</sup> Dubium.  
tur addidisse ad differentiam eorum viuentium,  
qua ex putrefactiōne, vel ex mixtione elemento-  
rum absque semine generantur, de quibus ipse a-  
git 5. de hist. cap. 1.

Vnde innuit animalia ex putrefactiōne genita  
non habere viumentem sibi simile generandi, atque <sup>5</sup>  
adeo specie distincta esse ab ijs, quæ sunt ex semine  
Idem insinuat. 2. de generatione animalium, ria eiusdem  
cap. 1. vbi Commentator id affirmat, indicatque <sup>5</sup> de specie suis  
D. Thom. in 1. distinc. 10. artic. 5. de verit. quaest. 12. cum genitio  
articul. 2. ad 4. de potentia, quaest. 3. artic. 11. ad pri-  
ex semine,  
mum, & aperte landinus 7. Metaph. quaest. 14. Sed <sup>5</sup> de genitio  
quid in hoc sentiendum sit, diximus in 2. Phy-  
sicorum, tractaturque libr. 7. Metaph. vbi Soncinas q.  
11. Iauellus quaest. 11. Antonius Andreas quaest. 8.

& 11. Scot. in i. d. 2. q. 7. Caiet. 3. part. p. 28. art. 1. Ferrar. 3. contra, cap. 9. qui omnes tradunt opinionem possumus a nobis citato loco Phycor. Aristoteles autem loco illo de Anima exponendus est de ipsis speciebus animalium, in quibus non est distinctio sexum: nam haec vel propriæ non generant, vt de anguillis refertur 6. de historia, cap. 15. & 16. vel non nisi rem dissimilem in specie, vt de bonbyce dicitur, ac de ipsis, quæ oua pariunt absq; comixtione maris: atque ita exponit ipse Aristoteles lib. i. de Generatione animalium, cap. 1. & 16. & libro 5. cap. 1. 8. & 9. & scđ. 10. problematum, quæst. 14. Plinius lib. 10. histor. cap. 68.

*An omne animal quod ex semine producitur nasci posse expurgari maternam.*

*Lege, si placet, auctore 1. 4. de An- gelis, cap. 1. 8. anim. 9.*

*anum. 9.*

*7*

*Quarum principale dubium est ab Hippocra-*

*te, & Alber-*

*to decida-*

*tur.*

*Impugnat id Arisfor.*

*Gal. D. Tho.*

*Galii.*

*Primo.*

*Secundo.*

*Tertio.*

*Quarto.*

*8*

*Dissidium inter Ari-*

*stotelem, & Elefio libro 2. controvers.*

*Galenum circa idem dubium apud*

*Vallesium.*

ijisdem, vel ab alio nobiliore membro fiat, vt à corde, vel ab hepate, in quo residet naturalis facultas. De qua re nihil certi habeo: apparebat tamen probabile non fieri ab infimo aliquo, & ignobil membro, sed forte à corde, cuius est procreare vi tales spiritus, viuentibus etiam alijs partib. principalibus, vt debitum temperamentum, & virtutem semeat ipsum tandem recipiat; aptumque vindicem instrumentum euadat ad mirabilem illam organizationem peragendam.

Ex quibus omnibus licet colligere ex qua materia, atque forma semen fiat, materia quidem ex sanguine desumitur, fortasse tamen diuerso modo, nam ruditior illa semen pars immediate sumi videtur ex ordinari sanguine, at subtilior alia, quæ non immediate, quæ sanguis crassior est, vnde creditur sumi ex spiritu aliquo vitali, quod sentit Vall. lib. 2. cap. 16. Similiter de forma feminis distinguendum: nam quæ crassam illam partem feminis informat, ad gradum animalis non pertinet, sicut & forma sanguinis: forma vero inclusi spiritus pertinet, vt in 2. Phycor. documus. Quam sentientiam sequitur etiam Germanus in Epitom. librorum de Anima, & Iacobus de Forliuio ad 23. Canon. Auicennæ, insinuatque Caietanus 1. part. quæst. 11. 8. art. 1. ait enim habere corpus heterogeneum, & ad hoc citat Albertum, ac fuidetur, quoniam forma illa feminis actionem vindicat superioris rationis, organizandi scil. corpus ad generationem viuentis, quod est opus vita. Neoplatonici dicitur instrumentari tatum operari. Nam cum sanguis semen separatum sit à viuenti, proindeque ab illo de genere iam non iuuetur, oportuit nasci formam actionis proportionatum: potest id colligi ex Aristotele 2. de Anim. cap. 1. in fine, vbi artus potentia viuens esse, quod animam auctu possidet: cuiusmodi, inquit, est semen, & fructus, constat autem fructus viuere, vt patet ex dictis, atq; ex principio citati capituli primi.

Contrairenam tamen huius infinitantur Themistius, Simplicius, Philoponus, Albertus, & Egidius 2. de Anima, text. 10. & D. Thom. p. q. 11. 8. art. 2. ad 3. & 4. & de potentia quæst. 3. art. 9. ad 9. & art. 12. Verum D. Thomas tantum significat, formam illius feminis non esse animam in genito introducendam, id enim tantum probat eius ratio, quod materia feminis non sit disposita non negatur vero D. Thomas dictam feminam formam alterius esse rationis à formis inanimatorum, atque art. 1. adeò attingentem gradum animalium, quia tamen anima imperfecta est, & quasi via ad aliam, ideo si sunt fortasse perfectam virtutem nutritiū non est fortita: sed generatiū tantummodo, vel si actionem etiū nutritiū exercet, tarda est, & remissa, ideoq; maiori tempore conferuari absque applicatione alimenti, vt vegetabilium feminis bitur, quid semen efficiat in generatione viuentis, & an que in dicto attingat etiam eius forma productionem:

videri tamen potest citatus locus secundi Phycorum.

) (

ELEN.